Set quia iuxta prophete eulogium in manu hominis non est uia eius, nec ab homine set a deo [4]) gressus hominis diriguntur, meis facinoribus presertim exigentibus maxima [5]) ex parte spes maximaque ex parte defraudauit opinio. non enim factum est quod humana cupiditas [6]) concupiuit, set quod deus arbiter meritis humanis conpetere iudicauit. unum autem hoc nunquam mihi deum indulgere rogauerim, cum unquam [7]) me ministerii sacerdotalis officio hoc solui [8]) uinculo hoc diluj iudicauerim piaculo, si solummodo non solum uestrum supplere desiderium [9]) uerum etiam cumulo superaugere non ex corde flagraui et non ex intimis cupiui. que autem quamque indeclinabilia mihi inpedimenta obstiterint, non iam deum, uerum uos ipsos conscios fideles inclamauerim testes. [10])

Ceterum ad tantillum spacii quod de largitate diuine relictum est indulgentie in breuiarii editione edenda, prout celesti speramus munificentia, prosaico dictamini opus conuenientissimum animo disposui atterendum, confidens nichilo minus de deo, et pollicens me [11]) uos in proximo reduces et uita comite uos desiderii diu optati gaudio donaturum.

---

1) B: *Albericus karis in Christo fratribus N N beniuolentie.*
2) B: *ipsum deum.*
3) A: *et generis.*
4) B: *domino.*
5) B: *meis facinoribus hec presertim exigentibus quod maxima.*
6) B: *auiditas.*
7) A und B: *rogauerim nunquam.*
8) A: *me sacerdotalis officii solui.*
9) B: *non uestrum desiderium.*
10) B: *uerum uos ipsos conscios uos ipsos fideles inclamauerim testes.*
11) In A fehlt *me.*

Digitized by Google

II.

Breuiarium autem nostrum ueritate auctore uere breuiarium erit, quia magis notationibus quibusdam memorie conseruandis quam discipline preceptionibus constabit capiunde. nec noua uos et incognita hactenus in hac breuitate operimini edisciturosˌ[1]) set uel[2]) ea que iam uiua uoce nobis referentibus edidicistis, uel ea que per diuersa estis scribendo opera dispertiti uos, quantum sufficientia flagitare nostra[3]) iudicauit sententia, nos hic noueritis collecturos.

Si quos autem huius discipline funditus ignaros uerbis eius peritos[4]) reddere collibuerit et scios, hec post perceptam scientiam prima[5]) utendi, hec emolumenti erunt exordia capescendi: in primis[6]) quod dictandum assumit de industria et[7]) de data opera sermone simplici et inculto debeat conponere, et post editiones[8]) singulas iuxta documentum breuiarii[9]) uariare/ atque pingentis emulus prius quasi carbone tetro utcunque insignire imaginem, post quasi per insignitas lineas congruentem colorum superducere uarietatem.

Ad humilem autem, ad mediocrem, et ad grandilocum[10]) caracterem attinentes mixtim se lector addisciturum prestoletur uarietates spe solidus ab ipsis quibus[11]) humili caractere conducitur.

III.

In presentis ergo participii nominatiui conmutatio fit, cum eiusdem persone numeri et temporis uerba ponuntur, ut: *ambulo et clamo: ambulans clamo*, et *clamans ambulo; ambulamus*[12]) *et clamamus: ambulantes clamamus*, et *clamantes ambulamus.*

Item fit in eum conmutatio, cum preteritum inperfectum indicatiui uel coniunctiui modi preterito perfecto in eadem persona numero et modo coniungitur,[13]) ut: *cum ad urbem tenderem* uel[14]) *tendebam, occurri necessario: occurrens necessario ad urbem tendebam,* uel *tendens ad urbem necessario occurri.*[15])

---

1) B: *edicturos.*
2) In B fehlt *uel.*
3) B: *nostro.*
4) B: *promtos.*
5) B: *primam.*
6) B: *ut primum.*
7) B: *etiam.*
8) B: *ediones.*
9) B: *iuxta huius documentum breuiarii.*
10) B: *grandiloquum.*
11) A: *quid?* B: *ab his quibus.*
12) B: *ut ambulo ambulans clamo clamans ambulo ambulamus.*
13) A: *persona numero coniungitur.* B: *persona et modo coniungitur.*
14) A: *tibi.*
15) B: *cum ad urbem tendebam uel tenderem occurri necessario ad urbem tendebam.*

Digitized by Google

Ablatiuus absolutus presentis participii fiet, cum eiusdem temporis set diuersarum personarum uel numerorum uerba [1]) sine retransitione ponuntur, ut: *ego lego et* [2]) *tu canis: me legente tu canis,* uel [3]) *te canente ego lego; ego solus laboro et omnes laboris* [4]) *mercedem percipimus: nobis omnibus laboris* [5]) *mercedem percipientibus ego solus laboro,* uel *me laborante solo omnes mercedem laboris percipimus.*

Item idem casus fiet, cum preteritum inperfectum indicatiui uel coniunctiui modi preterito perfecto in diuersa persona numeroue [6]) sine retransitione coniungitur, ut: *cum precinebam* uel *precinerem, tu succinuisti: me precinente tu succinuisti,* uel *te succinente ego precinebam.* [7])

Consimilis casus presentis participii fiet, cum in aliquem obliquum [8]) per nominatiuum fit reconuersio, uel per idem nomen, uel per relatiuum nomen, uel per relatiuum pronomen. per idem nomen ita: *Johannes diligit te, et tu diligis inimicos eius: Johannes diligit te diligentem inimicos eius.* per relatiuum nomen ita: *diligo Johannem qui diligit inimicos meos: diligo Johannem diligentem inimicos meos.* per relatiuum pronomen ita: *ego diligo Johannem; ipse* uel *is* uel *ille diligit inimicos meos.*

Consimilis casus preteriti participii fiet, cum per accusatiuum casum in aliquem casum alium reconuersio fiet. uel per idem nomen [9]) ita: *ego amo Johannem, Johannem amat Petrus* [10]): *ego amo Johannem a Petro amatum.* uel per idem pronomen ita: *ego misereor tui, te Johannes exodit: ego misereor tui a Johanne exosi.* uel per idem relatiuum nomen ita: *ego misereor tui, quem Johannes exodit* [10]): *ego misereor tui a Johanne exosi.* uel per relatiuum pronomen ita: *lego Uirgilium, ipsum* uel *eum* uel *illum legis et tu: lego Uirgilium lectum a te.*

In ablatiuum absolutum preteriti participii fiet conuersio, cum uerbum quodlibet accusatiuum regit in quem non fit per obliquum aliquem reconuersio, ut: *deserui seculum et iui ad monasterium: deserto seculo iui ad monasterium.*

So handelt der verfasser nun weiter wie die inpersonalia

---

1) In B fehlt *uerba.*
2) B: *tamen.*
3) In B fehlt *uel.*
4) B: *laboris mei.*
5) In B fehlt *laboris.*
6) A: *numero uel.*
7) B: *te precinente ego succinebam.*
8) Hiemit schliesst in B die erste seite von fol. 68, während die zweite nach ausfall des unmittelbar folgenden mit den worten des nächsten absatzes *in aliquem alterum reuersio fiet per idem nomen* weiterfährt.
9) Vergleiche die vorhergehende note.
10) Dieses beispiel ist in B ausgefallen.

Digitized by Google

conuenienter uerba mutantur, wie uerba quelibet deuertuntur decenter in infinitiuum, sowie über die uerba — inpersonalia uel quasi inpersonalia — per que congrue uerba quelibet in infinitiuum uertuntur.

Sunt quedam alia — bemerkt er zum schlusse — et plurima uerba, per que congrue uerba quelibet in infinitiuum uertuntur. de quibus in aliis nostris opusculis habunde dictum est.

Set de his pauculis [1]) que plerumque dictantibus [2]) sunt comoda habere, breuiarii [3]) prime ebdomadis partem ultimam duxi necessarium [4]) continere.

IV.

Darauf wird das nomen bezüglich seiner variationen behandelt, und zwar zunächst die adjectiva, dann die adverbia, endlich die verba.

Bezüglich der lezten heisst es noch. uerba simpliciter prolata uel singulariter non ita uenuste in quamlibet uarietatem flectuntur sicut que conmuniter promuntur. singulariter uerba prolata dico, cum in terminata persona qualibet et in terminato quolibet tempore [5]) proferuntur, ut: *in illo* uel *in isto tempore Socrates disputauit.* conmuniter uero prolata dicuntur, que non de terminata persona qualibet nec tempore determinato enuntiant aliquid, ut: *qui deo famulatur, iustus est,* und so fort.

Fere omnis — ist am schlusse bemerkt — decens uarietas que in diuersis nostris opusculis ediscitur uerbis prolatis conmuniter conuenientissime aptabitur. nam prolata simpliciter honestius sine [6]) quam [7]) cum uarietate ponuntur [8]).

V.

Uerba scematica [9]) id est figuratiua et ornata [10]) ad laudem uel ad uituperationem seu persone seu uirtutis uel uicii comodissime aptantur.

Uerum et harum utcunque ad laudem [11]) quam maxime, in dictaminibus nostris frequentius curandum [12]) est, ut in

---

1) B: *opusculis est habunde.*
2) B: *dictatibus.*
3) B: *conmoda expeditum est hanc vero breuiarii.*
4) B: *duri necessario.*
5) B: *cum qualibet determinata persona uel quolibet determinato tempore.*
6) In A und B fehlt *sine.*
7) B: *nam non prolata conmuniter honestius me quam.*
8) A: *quam uarietate ponitur.*
9) A: *scemata.* B: *sematica.*
10) B: *sematica et ornata.*
11) A: *uerum et harum utram et ad laudem.* B: *uerum ad laudem utram harum.*
12) A: *recurrendum.*

Digitized by Google

ea decenter uerborum nostrorum gemmas et ornamenta locemus.

Nun folgen weitere muster für die laudes wie für die uituperatio, unter den letzteren Petri Damiani in meretrices, weiter stellen aus Cyprian, Paulus, Sallust.

VI.

Formate epistole a trecentis x et viii patribus in niceno concilio congregatis institute feruntur [1]), ne uidelicet quicunque clericorum se [2]) ad ecclesiam aliam transferendo uelint sibi suo mendatio literas qualescunque confingere [3]) quibus se ab episcopis propriis [4]) conmeandi licentiam accepisse monstrarent.

Statuerunt itaque, ut quicunque secundum instituta eorum formatas literas non deferret, ei non credatur ab antistite ad alteram meandi ecclesiam licentiam accepisse.

Oportebit [5]) igitur in eis literis que formate habentur literas has et harum literarum supputationem plena calculatione contineri expressam: primas literas patris et filii et spiritus sancti grecas [6]), que videlicet sunt Π Υ Α. pater enim greca apellatione patros uocatur, cuius prima litera est Π. filius [7]) uero yos [8]), quod nomen ab Υ exordium habet. spiritus uero sanctus agion pneuma [9]), quod ab Α incipit. Π igitur lxxx significat, Υ cccc, Α unum [10]). erit igitur harum supputatio literarum cccc. lxxx. i. [12]) addenda erit postea prima litera nominis Petri apostoli, que est Π, cuius supputatio est lxxx. nominis quoque antistitis qui delegat [13]) epistolam prima litera ponenda erit cum supputatione, clerici etiam [14]) cui licentia tribuitur secunda, episcopi ad quem dirigitur tertia, ciuitatis de qua mittitur quarta. erit ad hec addenda supputatio indictionis eiusdem anni.

---

1) B: *congretatis instantis referuntur.*
2) B: *si.*
3) B: *constringere.*
4) In B fehlt *propriis.*
5) B: *oportet.*
6) In A fehlt *grecas.*
7) B hat hier — wahrscheinlich aus dem bald folgenden zu früh aufgenommen — im anschlusse an den vorigen satz nachstehendes: *prima littera est. L Π. igitur octogenarium numerum. y quadringentesimum. a. unitatem significat l. filius.*
8) A: *yas.* B: *yos vocatur.*
9) A: *autyon id est pneuma.* B: *ayion neuma dicitur.*
10) B: *ab A certum est inchoari.*
11) B hat diesen satz so: *Π igitur octogerium numerum, Υ quadrigesimum, Α unitatem significat.*
12) B: *ccc lxxx vi. preterea addenda prima littera nominis Petri apostoli cum supputatione sua, que est Π, que littera ut dictum est octogenarium significat.*
13) A: *delegit.*
14) In B fehlt *etiam.*

Digitized by Google

Horum igitur elementorum [1]) supputatio erit redigenda [2]) in unum, et quanta sit, in formatis [3]) literis describenda. separatim etiam numerus literarum „amen" erit addendus, qui secundum grecos apices nonaginta nouem designat. nam A i, M xl, H viii, N l significat [4]), que universa collecta xcviiii efficiunt.

Ut autem huius rei plena per nos scientia habeatur, ipsum grecum alphabetum cum supputatione et nomine et interpretatione cuiuslibet literæ necessarium [5]) duximus annectendum.

Das geschieht denn auch in beiden handschriften. als ohnehin allgemein bekannt und ohne interesse für das formelwesen findet es indessen hier keine stelle.

Hec autem que dicta sunt diuerse [6]) in formatis consueuerunt quidam locare. quidam enim in ipso epistole principio apices quos prediximus ordinant, summamque supputationis designate per apices collocant in extremis [7]). quidam etiam apices et apicum [8]) numeros in calce epistole tantum sufficiens esse [9]) existimant posuisse. set quia [10]) locandi modus a sanctis patribus institutus non est, quocunque supputatio [11]) in formatis apicibus insistit modo, tantum ut in eis ea sit [12]) deprehendere, discutiendum non est.

Qualiter autem hoc uel illud agatur, exemplis utile duxi demonstrare. [13])

1.

In nomine Π et Υ et Λ et in memoria apostolorum principis Π.

Γ gratia dei antistes P uenerabili ac uenerando [14]) presuli salutem in Christo perpetuam.

Quoniam [15]) clericorum plerique diabolicæ fraudis suggestione decepti, cum longius a propria ciuitate destiterint, instabiles ac uagabundi, nec urbis sue statione contenti, ab

1) B: *omnium elementorum.*
2) A: *redienda.* B: *dendi.*
3) A: *formitatis.* B: *fortis.*
4) B liest so: *nam A que uniuersa diccione prima est unum significat. xl. N. b. l. N. (mit übergeschriebenem a) uero viii significat.*
5) In A fehlt *necessarium.*
6) B: *hec autem precedens scriptura diuerse.*
7) B: *consueuerunt quidam locare epistole apices quos prediximus ordnant sumaque supputatione locantur designari in extremis.*
8) B: *quidam et apices apicerum*
9) A: *quidam etiam api et esse*
10) B: *quidam.*
11) B: *supputatio memorata.*
12) B: *apicibus sistatur tantum modo ut in eiusdem supputatione eum sit.*
13) B: *exemplis duxi demonstrandum*
14) B: *reuerendo.*
15) A: *quorum.*

Digitized by Google

antistite proprio licentiam ad alia loca conmigrandi accepisse se uerbis [1]) literisque mendacibus confiteri non metuunt, utiliter salubriterque a sanctis patribus prouisum est, ut nemini [2]) ab antistite licentiam esse traditam credatur [3]), nisi [4]) id eis quas ipsi constituere [5]) literis quasque formatas [6]) apellare placuit innotescat.

Unde ne frater [7]) filiusque noster de uagabundis illis et instabilibus esse [8]) existimetur, licentiam quam sumus expetenti [9]) largiti formatis studuimus apicibus declarare. cui quantum nobis uidere concessum est bone actionis et honestorum morum [10]) testimonium contribuimus. unde eum sanctitatis uestre amodo [11]) custodie conmittentes, obnixe rogamus ut quem [12]) nos pro uite sue meritis carum ac dilectum habuimus carum et uos dilectumque [13]) habere dignemini. liceatque uobis concessione nostra eum ad quemcunque gradum uel ad quodcunque officium quod uobis uisum fuerit promouere. omnemque quam supra eum potestatem hactenus [14]) licuit nobis exercere, uobis amodo permissione [15]) nostra exercere sit licitum.

Atque ut huius rei nullus in animo [16]) scrupulus hesitationis remaneat, ea signa que sancti patres ccc. x. et viii in niceno concilio [17]) in huius modi epistolis statuerunt scribenda placuit annotare. prime igitur littere patris et filii et spiritus sancti, que secundum greca [18]) uocabula sunt Π Υ Α, cccc et lxxx et unum significant. [19]) prima uero littera principis apostolorum, scilicet Π, lxxx designat. prima autem nominis mei Γ iii significat. secunda delegati fratris, que est Η, viii designat. tercia uero uestri nominis, que est Ρ, centum [20]) significat. quarta ciuitatis nostre [21]), que est Ι, x significat. [22]) indictio uero presentis anni iii est.

Que omnia in unum ducta dclxxx et v conficiunt

---

1) A: *super.*
2) B: *memini.*
3) B: *traditam acceptamus credatis.*
4) In A fehlt *nisi.*
5) B: *instituere.*
6) B: *formatas epistolas.*
7) B: *unde nec hic frater.*
8) B: *noster et de uagabundis esse.*
9) B: *expetendi.*
10) B: *morum.*
11) B: *animo.*
12) B: *quam.*
13) In B fehlt *dilectumque.*
14) In B fehlt *hactenus.*
15) B: *uobis promissione.*
16) B: *in uestro animo.*
17) B: *sancti ccc. x. viii in niceo consilio.*
18) In B fehlt *greca.*
19) A: *cccc et unum significat.* B: *octoginta significat et octo et unum.*
20) B: *centesimum.*
21) In B fehlt *nostre.*
22) B: *denarium significat numerum.*

Digitized by Google

numerum. numerus uero literarum illius hebraicæ [1]) dictionis quæ est „*amen*“ secundum grecam supputationem nonagenarius [2]) et nouenarius.

2.

Domino ac uenerabili antistiti M G perpetuam salutem in Christo.

Cognitum facimus uestræ sanctitati, nobis licet multum renitentibus [3]) huic tam dilecto fratri ac filio nostro instanti obnixe et supliciter obsecranti tandem [4]) tribuisse assensum, eique conmeandi ad uos uestræque subici sanctitati contulisse licentiam [5]). itaque penitus et ex toto omnem quam canonice et legaliter nobis exercere licuit potestatem uobis amodo [6]) nostra concessione sit licitum.

Atque ut huius rei certitudo sit solida [7]), primas literas *Π* et *Υ* et *Α* secundum greca uocabula annotauimus, primam quoque Petri apostoli, primam et [8]) nominis mei, secundam filii nostri, tertiam uestri, quartam ciuitatis cui deo auctore presumus, que sunt uidelicet *Π Υ Α Π Γ Η Ρ Ι.* [9])

Quarum supputatio est secundum greca elementa cum indictione presentis anni, que est iii, dclxxx [10]) et v. conficit numerus ac notatio numeri „*amen*“ literarum secundum grecam conputationem [11]) xcviiii.

Materia quidem in formatis apicibus huiusmodi habetur. [12]) excolat autem et exornet unus quisque literas suas quibuscunque uerbis excolere [13]) uel exornare eas ualuerit. [14])

VII.

Priuilegia [15]) summorum sunt ecclesiæ cuiuslibet concessiones [16]) pontificum.

Materia in priuilegiis eius modi est, ut dicat pontifex se rogatu cuiuslibet et dignæ personæ [17]) uel alia ratione

---

1) In B fehlt *hebraice.*
2) B: *nonagerius.*
3) B: *remittentibus.*
4) B: *eandem.*
5) B: *scientiam.*
6) B: *animo.*
7) B: *certitudo sola sit.*
8) A: *esse.*
9) A: *Π Υ Α Γ Ρ Ι.*
10) A: dclxxxx.
11) B: *numerus anno numeri amen in litterarum sed secundum grecam supputationem.*
12) B: *habeatur.*
13) B: *excomere.*
14) B: *maluerint.*
15) B: *priullegium.*
16) B: *concessionis.*
17) B: *se uel rogatu cuiuslibet persone digne.*

Digitized by Google

qualicunque ecclesie [1]) illa seu illa pontificali [2]) concedere uel roborare [3]) auctoritate.

Anathema sit in fine [4]) epistole.

Habent priuilegia prologos sicut ceterę epistolę [5]), et monogramma in fine, huius modi, quod est: *bene ualete.*

Signum autem in exordio priuilegii uel crismon uel crux dominica cum superscripta S erit. superscripta S interpretabitur signum.[6]) crismon autem huiusmodi conficit speciem, ut [7]) in hoc monogrammate — hier ist nun das crismon wirklich eingezeichnet — Christi nomen appareat.

Tali materia sententia effigiabitur specie.

Consueuerunt preterea in extrema margine priuilegii quosdam insignire orbiculos, antistitis nomen et paucula diuina uerba continentes, hoc modo. hier findet sich in der tegernseeischen handschrift der bekannte innen in kreuzform getheilte kreis, innen mit den worten *papa Gregorius,* im ringe mit der umschrift *dextera domini plena est terra.*

Gregorius episcopus seruorum dei seruus uenerabili ac religioso [8]) *cenobii cassinensis* [9]) *abbati N* [10]) *cuncteque sibi subdite fratrum* [11]) *congregationi salutem in domino perpetuam.* [12])

Decet omnes quos ad pontificalis [13]) *regiminis curam diuina gratia uoluit sublimare a sanctis iustisque petitionibus aurem sue clementie non auertere, uotisque piis et* [14]) *diuina inspiratione conceptis desideriis libenter annuere.*

Unde petitionem uestram equam attendentes et iustam [15]), *quicquid a precessoribus nostris* [16]) *sancte dei ecclesie uestre concessum est, per huius firmamentum priuilegii nostra roboramus auctoritate.*

Concedimus preterea, ut uobis liceat ad quemcunque episcopum conplacuerit [17]) *uestre congregationis fratres seu ad clericatum seu ad diaconatum* [18]) *seu ad sacerdotium seu ad quoscunque gradus alios promouendos* [19]) *dirigere.*

---

1) B: *ecclesie illi.*
2) A: *pontificali sede.*
3) In B fehlt *concedere uel roborare.*
4) B: *calce.*
5) Dieser satz ist in A ausgefallen.
6) A: *cum superscripta S superscriptum signum interpretabitur.* B: *cum suprascripta S erit S suprascripta S erit supra interpretabitur signum.*
7) B: *conficitur specie ut planius.*
8) B: *relioso.*
9) A: *cassiniensis.*
10) B: *Desiderio.*
11) In B fehlt *fratrum.*
12) B: *in domino uel in perpetuum perpetui.*
13) B: *pontificis.*
14) B: *de.*
15) B: *istam.*
16) B: *uestris.*
17) B: *ad quemcunque uobis episcopum copulauerint.*
18) In A fehlt *seu ad diaconatum.*
19) B: *promouendo.*

Digitized by Google

Quicunque hoc decretum sancte sedis apostolice infringere seu conmutare conatus fuerit, nisi digne satisfactione penitentie resipuerit [1]*), anathema sit.*

Materia quidem priuilegiorum et ordo huius modi sunt. poterit autem unusquisque sua uerba prout animo insederint elongare, et quas uoluerit exornationes uerborum exhibere.[2])

VIII.

Precepta uel mundiburdia [3]) magnarum et secularium potestatum solummodo sunt, proprie autem regum uel principum sunt.

Precepta signum certum non habent in exordiis, et [4]) quod facere scriptoribus collibuerit, uel crucem, uel crismon, uel litterarum [5]) quamlibet circumdatam serpentibus, hoc modo, uel quodlibet aliud quod scriptori uisum fuerit.

Solet autem prima linea [6]) preceptorum longis et equalibus litteris figurari.

Inicium autem preceptorum huius modi est: *in nomine sancte et indiuidue trinitatis H gratia dei imperator augustus.*

Post illum uero [7]) quasi prologum introducitur persona imperatoris loquentis reddentisque causam qua inductus uoluerit [8]) preceptum illud statuere, dicens [9]) conpetere regię pietati ut talium uirorum a quibus ipse rogatus est non debeat contempnere preces, uel aliam quam uoluerit illius precepti edendi uel mundiburdii iustam [10]) causam insinuans.

Post hoc, quod ipse loco uel homini illi sua auctoritate concedat uel roboret, inferendum [11]) erit.

In fine uero precepti erit locandum [12]), ut quicunque contra illius precepti decretionem [13]) fecerit, mille auri optimi libras uel aliud precium [14]) quod imperator constituerit se persoluiturum cognoscat, medietatem regię [15]) camerę et medietatem loco uel homini illi cui illud preceptum conscribitur.

---

1) In A fehlt dieser ganze zwischensatz.
2) B: *querere.*
3) B: *mandiburdia.*
4) B: *set.*
5) B: *litteram.*
6) A: *litera.*
7) A: *non.*
8) In B fehlt *uoluerit.*
9) In B fehlt *dicens.*
10) A: *mundiburdi iusti.*
11) B: *subinferendum.*
12) B: *ullud locandum erit.*
13) A: *discretionem.*
14) B: *uel quodlibet aliud precep.*
15) B: *regine.*

Digitized by Google

Post hec, quod [1]) imperator propria manu subscripserit [2]), et proprio sigillo sigillari [3]) iusserit, erit adiciendum.[4])

Post conpletum preceptum monogramma est in fine ponendum, in quo nomen imperatoris et imperator augustus et dei gratia habeatur connexum [5]), uel alia quelibet quę deceant imperatorem. ex utraque autem parte monogrammatis longioribus et equalibus [6]) litteris scribendum erit: *signum illius serenissimi* [7]) *imperatoris* uel *serenissimi augusti,* uel aliud quodlibet huius modi.

Post monogramma prolixioribus et longioribus [8]) litteris scribitur: *HEINRICVS* uel *A cancellarius* uel aliquis alius *uice G uercellensis* [9]) *episcopi recognoui.*

In ultima quoque linea carte quoto anno a domini incarnatione, et quota indictione, et quoto anno illius imperatoris, et quo loco, litteris illis [10]) erit describendum.

In nomine sancte et indiuidue [11]) *trinitatis.*

H [12]) *dei gratia imperator augustus.*

Decet imperatoriam clementiam seruorum dęi equis [13]) *petitionibus adquiescere, et iusta deoque placita desideria ut ad effectum* [14]) *promoueantur annuere.*

Unde rogante nos uenerabili cassinensis cenobii abbate N [15]) *roboramus* [16]) *per huius preceptionis* [17]) *decretum sancte dei ecclesie cassinensis cenobii quicquid* [18]) *predecessores nostros concessisse uel corroborasse cognouimus* [19]), *uidelicet ut liceat ei possidere omnes res quas hactenus iuste legaliterque possedit, scilicet mansiones, possessiones, mancipia, aldiones, cartulatos, offertos,* [20]) *seruos et ancillas, terras et uineas, cum siluis montibus planiciebus aquis et aquarum decursibus* [21]) *atque piscatoriis* [22]) *positis intra fines principatus N Capuanorum principis* [23]), *cum omnibus pertinentiis que esse uidentur intra hos fines quos superius declarauimus* [24]), *in*

---

1) B hat durch correctur aus *quod* nunmehr *que.*
2) B: *subscripserat.*
3) B: *signari.*
4) B: *adolicendum*
5) B: *connexa.*
6) B: *inequalibus.*
7) B: *serenissimis.*
8) B: *prolixioribus et paribus.*
9) B: *scribitur. H. uel cancellarius uice Gregorii uircellensis.*
10) B: *et quanta indicione, et quo regni illius inperatoris anno, et quo litteris illis communibus.*
11) B: *dindiuidue.*
12) B: *Henricus.*
13) B: *imperatoriam seruorum dei clementiam se rogantium equis.*
14) B: *ut affectum.*
15) B: *Desiderio.*
16) In A fehlt *roboramus.*
17) B: *perceptionis.*
18) In B fehlt *quicquid.*
19) B: *agnoscimus.*
20) A: *effertos.* B: *ofertos.*
21) B: *discursibus.*
22) B: *piscariis.*
23) B: *principatus Capuanorum Ricardi principiis*
24) B: *quos inferius declarabibimus.*

Digitized by Google

urbe [1] *uidelicet hoc, uel illud* [2] *in isto uel illo loco. hec et alia que hactenus ad sanctum cenobium legaliter iusteque pertinent, uel illa que ad ipsum futuris temporibus legaliter iusteque peruenient* [3], *per hanc nostre affirmationis auctoritatem nostris futurisque* [4] *temporibus abbati ipsius loci sancteque* [5] *congregationi firmiter inuiolabiliterque liceat possidere, et de eo quod ad dei ecclesiam* [6] *utile ac necessarium iudicauerit* [7] *facere.*

Concedimus preterea, ut quicunque contra hanc nostram imperialem institutionem ire temptauerit [8], *uel que superius sunt decreta et stabilita infringere conatus fuerit* [9], *sciat se esse persoluturum mille libras auri optimi* [10], *medietatem regie* [11] *camere et medietatem predicto abbati suisque successoribus.*

Et ut hec nostra [12] *imperialis preceptio futuris temporibus firmitatem optineat, manu nostra subter confirmauimus, et anulo nostro sigillauimus.*

Signum domini Heinrici inuictissimi [13] *imperatoris.* hier ist auch in beiden handschriften das monogramm richtig eingezeichnet.

Cancellarius uel uice cancellarii recognoui factam.

Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo secundo, indictione tali [14], *anno uero tali N* [15] *serenissimi imperatoris regnantis, imperii eius.*

Actum feliciter in loco [16] *tali et tali.*

Materia quidem [17] preceptorum huius modi est. uerba autem in potestate scribentis sunt.

IX.

Prologi epistolarum multipliciter fiunt. In quibusdam enim nomen delegantis ponitur, nomen uero eius cui delegatur [18] non ponitur, ut in preceptis regiis, de quibus superius. in quibusdam nomen mittentis et cui mittitur ponitur, tamen absque salute uel quolibet tali, ut: *Iohanni*

---

1) B: *in urbe Capua.*
2) A: *illo.*
3) In B lautet dieser ganze satz: *aliam quam ad secundam cenobium hactenus iuste legaliterque peruenerunt.*
4) A: *nostrisque futuris.*
5) B: *temporibus acquirantur illius loci sancte.*
6) B: *et de his quicquid ad ecclesiam.*
7) B: *iudicauerint.*
8) B: *temptauerint.*
9) Dieser ganze satz von *uel* an fehlt in B.
10) B: *sciat se auri mille libras*
11) B: *regine.*
12) A: *ut una nostris.*
13) B: *signum autem domini H regis inuicti uel inuictissimi.*
14) B: *indicione decima.*
15) B: *anno utali H.*
16) In A fehlt *in loco.*
17) A: *uero.*
18) A: *delegitur.*

Digitized by Google

Petrus. in quibusdam nomen delegantis et salutem ponunt, set [1]) sine uerbo, uelut *Seruius Honoratus Aquilino salutem.* in nonnullis autem uerba [2]) ponuntur, ut: *Cicero suo Ciceroni salutem dicit.* in quibusdam [3]) adiectiua delegantibus et non quibus delegatur ponuntur, ut: *uenerabili fratri P I* uel contra *Pomoni I humilis salutem.* [4]) in nonnullis et [5]) adiectiuum salutis uel quodlibet aliud quod delegatur conpetenter adicitur, ut: *Iohanni P salutem in Christo perpetuam.*

Antiqui mittentium nomina [6]) solebant preponere. moderni autem humilitatis gratia, nisi excellentissima sit persona mittentis, consueuerunt postponere. interdum excellentissime persone humilitatis gratia sua postponunt nomina.

Sciendum preterea, non decere [7]) in omnibus epistolis eosdem prologos esse, set pro diuersitate mittentium personarum et quibus mittuntur diuersos prologos fieri debere.

Nunmehr folgen muster von prologen, beispielsweise inferioris personæ ad antistitem, dann inferioris persone ad abbatem und zwar cenobii luxouiensis, weiter ad magistrum, ferner ad priorem uel prepositum, sodann ad amicum, und so fort. im prologus preceptorum ist H gratia dei imperator augustus, im prologus epistolæ papæ sodann G seruus seruorum dei, im prologus abbatis ad alium endlich Desiderius (im cod. A bloss D) gratia dei cassinensis monasterii abbas aufgeführt.

X.

Inusitate orationes non nunquam una uel duæ nostris interseruntur [8]) conmunibus orationibus [9]). unde in hoc quoque opere non nulla decreui exempla [10]) subponere.

Quis te nostris horis appulit uentus? id est *que causa te huc uenire coegit?*

Cuius pulpities, uel cuius schansionis, uel cuius ascensionis, id est *cuius gradus* [11]) es? uel [12]) es diaconus, uel subdiaconus, uel aliquid huius modi?

---

1) B: *ponit et.*
2) B: *inde istud inferius lege nullis uerba.*
3) A: *quibus.*
4) Wir versuchen vor der hand an diesem in beiden handschriften gleich lautenden satze keine verbesserung.
5) A: *esse.*
6) B: *mittentes nomina semper.*
7) B: *debere.*
8) B: *inferentur.*
9) B fügt noch bei: *quotiens uolemus.*
10) Ein theil von ihnen findet sich unter dem am rande noch lesbaren rubrum „Alberici incipiunt prouerbia" in der wolfenbüttler handschrift 56. 20. der aurea gemma des magister Henricus francigena. wir geben sie an den betreffenden stellen in der nebenstehenden spalte.
11) In B fehlt: *id est cuius gradus.*
12) B: *uidelicet.*

Digitized by Google

Cuius synonimus uel cuius equiuocus es? id est *cum quo habes idem* [1]) *nomen?* huic interrogationi quelibet nomina possunt responderi, propria et appellatiua. set huic interrogationi: *cuius es propria appellatione synonimus?* tantum nomina propria sunt dicenda. nam ad interrogationem superiorem, si astutus sit, poterit plura respondere, ut puta: *homini* [2]) *picto, animali sculpto.* homo uerus et pictus inter se equiuoca uel synonima sunt.[3])

In qua fortuna uel ludicri portione uersaris? id est *quomodo te habes?*

Quod tibi et genitori generationis [4]) exordium? id est *de qua patria es oriundus?*

Qua condicione constringeris? id est *cuius condicionis* [5]) *es?* id est: *es seruus, an ingenuus?*

Uel qua professione distringeris? id est *cuius professionis es?* an grammaticus? an dialecticus? an aliquid huius modi?

Quę ars te adoptauit in sobolem? id est [6]) *quam artem nosti?*

Quot uestrum uerticem hiemes conpleuerunt? id est *quot annorum estis?*

Percepitne hodierna die tuus debitum cottidianum exactor? exquisitor [7]) uidelicet uenit? uel persoluistine debitum cottidianum exactori? uel suntne incentra gutturis temperie delinita [8]) uel ab ubertate sufficienti extincta? id est *comedisti an non?*

Cuius seriei es? id est *cuius ordinis es?* uidelicet comes? uel marchio? aut aliquid huius modi?

Non nisi [9]) geminis catenis fercula tua suscipio, id est *non nisi corporeis auribus uerba tua suscipio.* [10])

Non nisi catenis geminis fercula tua suscipio: it est *non nisi corporis sensibus uerba tua suscipio.*

Interrogatus quis [11]) homo sit, uel utrum homo animal sit, uel huius modi aliquid, respondebis ita. in secularibus [12])

---

1) In B fehlt *idem.*
2) B: *Johanni.*
3) In B fehlt *uel.* In A lautet die ganze antwort durch ausfall nur: *huic interrogationi synonimus es propria tamen appellatione sunt dicenda.*
4) B: *quod tibi est ut generationis genitor.*
5) A fügt bei: *uel professionis.*
6) A: *insolubilem. id est.*
7) Diese frage fehlt in A.
8) B: *delitura.* A: *temperiem obedita.*
9) B: *non igitur.*
10) Die erklärung von *id est* an fehlt in B.
11) B: *quid.*
12) A: *secularis.*

Digitized by Google

signis, an in principalibus notis, an in similitudinibus, an in eorum primis exordiis est intentio sciscitationis [1]) tue? id est *de litteris, uel de uocibus, uel de intellectibus, uel de rebus?* homo enim et scripturam ipsam potest significare, et uocem, et intellectum, et rem.[2])

Respondebis etiam [3]) sic. sciscitando an percunctando [4]) mecum uis agere? id est *uis scire cupiendo quod interrogas, an utrum ego nouerim perquirendo?* sciscitare enim proprie nescientis est, perscrutari autem temptantis. uel ita. sciscitatione an percunctatione [5]) me aggrederis? si autem qui interrogatur [6]) ita responderit: *sciscitatione* [7]), perquires [8]) ab eo quid inter sciscitationem et percunctationem inter sit.

Malo Egiptum [9]) de Galatha quam Galatham de Egipto: id est *malo actionem malam de intentione bona quam bonam de mala.*

Ore aperto ne aperueris hostium penetrale [10]): id est *ei qui tacere non potest ne aperueris secreta tua.*

Ante aduenam operito foueam: id est *incognito ne pandas archana.* [11])

Aut ne aperueris ianuam, aut ne clauseris semel apertam: id est *aut ne promittas, aut promissum adimpleas.*

Aut ne semines, aut plue

Ne pingas imagines non uicturas: id est *non promittas quod implere non potes.* [12])

Malo Egiptum de Galatha quam Galata de Egipto: id est *malo actionem malam de intentione bona quam bonam de mala.*

Ori aperto ne aperueris hostium penetrande domus: id est *ori qui tacere non potest non aperueris secreta tua.*

Ante aduenam non aperito foueam: id est *incognito ne pandas archana.*

Aut ne aperueris ianuam, aut ne cluseris semel apertam: id est *ne promittas, aut promissus impleas.*

post semen: *ut supra.*

Ne pingas inmaginem non uicturam [13]): id est *non promittas* [14]) *quod implere non debes.*

---

1) B: *suscitationis.*
2) A: *et uocem et intellectum, et intellectum et rem.*
3) In A fehlt *etiam.*
4) B: *percuntando.*
5) A: *sciscitationem an percunctationem.*
6) B: *interrogat.*
7) A: *sciscitationem.*
8) B: *ille alter perquirit.*
9) B: *egiptium.*
10) B: *ori aperto ne aperiaris hostium pone.*
11) B: *incognito aperito minime archana tua.*
12) B: *imaginem non uinctam: ut supra.*
13) Cod. *uictoriam.*
14) In der handschrift fehlt *non promittas.*

Digitized by Google

Nemo est qui non malit ouo [1]) et pullo carere, quam ouum unde nunquam pullus sit processurus recipere: id est *nemo est qui non malit sibi quippiam non promitti, quam promissum non adimpleri.*

Nemo est qui non mallet pullo aut ouo carere quam ouum unde pullus nunquam processurus est: id est *nemo est qui non malit quicquam non promitti, quam sibi promissa non* [2]) *adimpleri.*

Maledictus conceptus qui non procedit [3]) ad partum: id est *maledicta promissio que non procedit in fructum.*

Maledictus conceptus qui non procedit in pactum: id est *maledicta promissio que non procedit in factum.*

Rotam latinam [4]) inter duas semirotas grecas cum temonibus aut inprimis habeas, aut non habeas: id est *aut dic inprimis, aut non dicas.*

Nubes que solem obducunt, quanto magis stellas inferiores: id est *qui potest prudentiorem superare, quanto magis minus prudentem?*

In solio editiore perspicatior uisus, in subselliis autem auditus interdum accliuior: id est *maiores plus possunt per sapientiam interdum uidere, set inferiores plus audire.*

Qui a tergo rostrum ciconie uidit, et conticuit, non dilexit: id est *qui uidit post derideri* [5]) *quempiam, et non ei aperuit, non amauit.*

Qui uidet rostrum ciconie, et os suum non excutit, non [6]) diligit: id est *si quis uiderit posse derideri aliquem, et ei non aperit, non eum diligit.*

Qui inferioribus decori est, eminentioribus interdum dedecori, ut pauimenti lapilli gemmis prelucentissimis [7]): *que plurima et maxima in eis que sunt sui generis uix apparent, paucula et modica in contrariis conlucescunt, ut macula in alba ueste.*

Nichil eos separat quos nectit rota, et semirota, et caput [8]) rote: id est *cor.*

Deus quidquam non requirit [9]) ab homine, nisi hemisperium [10]) cum spera et caput rote: id est *nisi cor.*

Plura dicerem, nisi minium faciem pingeret: id est [11]) *nisi erubescerem.*

---

1) A: *ouum.*
2) In der handschrift fehlt *non.*
3) B: *credit in.*
4) A: *primam.*
5) B: *deridere.*
6) Cod. *si.*
7) B: *prelucentibus.*
8) A: *nectit semirota et rota caput.*
9) B: *deus non querit.*
10) B: *semisperium.*
11) B: *dicerem, nimiora facerem, pinguescerem, id est.*

Digitized by Google

Ne uelis queso spuere quod non deglutieris: id est *ne coneris quod non didicisti docere.*

Ne uelis spuere que non deglutieris: id est *ne coneris docere que non didicisti.*[1]

Stateram, ut ait Pytagoras, ne transilias: id est *ne trans grediaris*[2] *iusticiam.*

Deglutti prius, et postea spue: id est *prius disce, et postea doce.*

Degluti prius, et postea spue: id est *prius disce, et postea doce.*

Operi semper tempora utroque capitio: id est[3] *nec prosperis nec aduersis flectaris.*

Ne laudes hominem cuius tunicam talos tetigisse[4] non uideris: id est *ne laudes hominem ante mortem.*[5]

Lauisti sordes, nites facie, fumus[6] cauendus est: id est *declinasti a malo, fecisti bonum, caue inanem gloriam.*

Ubi preposicio[7] *pre* non habet locum, *sub* saltim ponatur: id est *quod non potest fieri preminenter, fiat utcunque.*[8]

Quanti putant se regias reperituros apertas, qui dampnati inuenient[9] clausas! ut fatuę uirgines que non habuerunt oleum in uasis, id est *que exterius experiere fauorem.*

Qui non incessanter de satis suis sepes exstirpat[10], cum estas uenerit in mendicitate erit: id est *qui uanam non cauet gloriam, cum dei uenerit regnum non intrabit.*[11]

Qui non incessanter de satis suis cespites extirpat, cum estas uenerit in mendicitate erit: id est *qui uanam non cauet gloriam, cum dei regnum uenerit*[12] *non intrabit in illud.*

In siluam ne ligna feras, nec in equora pisces: fornaci ne flare uelis, iubar aut dare soli. prior uersus est Oracii, secundus meus.[13] id est *ne uelis docere doctissimum uirum, nec ditare ditatissimum*[14] *uirum muneribus.*

Dicere pro fatuo sat, fatuo nil, at sapienti sat: id est *sapiens parte rei audita totum intelligit, at fatuus minime.*

---

1) Cod. *didicistis.*
2) B: *id est ne transilias.*
3) B: *operi timpora semper utroque capucio, id est.*
4) B: *tales texisse.*
5) B: *hominem in uita sua.*
6) B: *summus.*
7) B: *postposito.*
8) B: *fieri premittentur set fiat ut quicumque.*
9) A: *inueniunt.*
10) B: *extrahant.*
11) B: *qui uanam gloriam non cauent, cum dei regnum uenerit non intrabunt.*
12) In der handschrift ist von *in* an bis hieher alles ausgefallen.
13) B: *primus uersus horacii, secundus est meus.*
14) B: *dotare dotissimum.*

Digitized by Google

Nẽ uendas obolo[1]) quod possis uendere regno: id est *ne perdas pro gloria inani bonum opus unde potest acquiri regnum eternum.*

Calcaneus illius qui regnauit in Judea pro Herode patre suo potest destruere turrim tuam: id est *laus humana potest destruere*[2]) *opus tuum bonum.*[3])

Ne habeas hyrundines in domo[4]), ut ait Pytagoras: id est *ne habites cum garrulis.*

Non habeas irundines domi: *non habites cum garulis.*[5])

Item idem Pytagoras: cum incesseris, ne uertaris: id est *postquam bonum inchoaueris, ne dimittas.*

Cum incesseris, ne reuertaris: id est *postquam opus bonum incoaueris, ne dimittes.*

XI.

Nunmehr folgen die auf seite 8 bereits angedeuteten bemerkungen über die vitia orationis und mehr grammatische gegenstände, wovon indessen in der tegernseeischen handschrift nur etwas über neun spaltzeilen auf seite 130 mehr vorhanden, während in der emmeramer sich auf fol. 92' die consideratio rithmorum anschliesst.

---

1) B: *obulo.*
2) In A ist alles von *turrim* an bis hieher ausgefallen.
3) B: *destruere bonum opus.*
4) B: *yrundines domi.*
5) Cod. *habites est garulus.*

Digitized by Google

III.

Hugo von Bologna.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorbemerkungen.

Die reihe von Alberichs unmittelbaren nachfolgern, welche in der einleitung namhaft gemacht worden sind, mag hier der kanoniker Hugo von Bologna vertreten. wusste man auch bisher den namen nicht, von seinen rationes dictandi prosaice hatte man doch nach zwei handschriften des zwölften jahrhunderts kenntniss, nämlich dem durch die reinhardsbrunner briefsammlung berühmten codex der bibliothek zu Pommersfelden, sodann jenem der wolfenbüttler bibliothek woraus Bernhart Pez in seinem codex diplomatico-historico-epistolaris I. sp. 264—278 die schrift als werk des bischofes Benno von Meissen veröffentlicht hat. wir waren durch die entgegenkommende güte seiner erlaucht des grafen von Schönborn wie des bibliothekars dr. Bethmann in der lage, beide originale benützen zu können. indessen ist in keinem von ihnen das fragliche werk vollständig; in der zuerst genannten handschrift auch noch mit stücken, welche einer deutschen sammlung angehören, untermischt. doch vermögen wir durch einen glücklichen zufall dasselbe vollständig und wohl in seiner reinen gestalt aus einem codex gleichfalls des zwölften jahrhunderts aus dem stifte sanct Peter in Salzburg zu veröffentlichen, welche dessen hochwürdiger abt unserer bitte bereitwilligst entsprechend gleichfalls zur eingehenden benützung zu übersenden die freundlichkeit hatte.

Digitized by Google

Sie ist denn auch unserem abdrucke zu grunde gelegt, welchem die abweichenden lesarten der beiden anderen in den noten beigefügt sind. in der handschrift selbst, cod. V. 13 in oktav, findet sich die höchst interessante abhandlung auf den ersten zwölf blättern. sie beginnt eigentlich in der zweiten zeile der ersten seite, indem die erste wegradirt ist, ohne dass sich herausbringen lässt, was dortselbst gestanden. jedenfalls nur eine überschrift, wie denn auch jetzt noch gegen das ende der zeile das wort incipit mit rothen buchstaben sich findet, während das andere — durch welchen zufall? wissen wir nicht — weggerissen ist, wie auch die oberen ecken an den ersten vier blättern, jedoch so dass von 3 und 4 keine schrift mehr verletzt ist. die beiden letzten blätter des werkes, also vom eilften angefangen in dem briefe ad magistrum von den worten longe lateque diffusa an, enthalten mehr zeilen, und sind mit etwas längeren buchstaben geschrieben, übrigens von derselben hand wie das was vorhergeht.

In der äusserst niedlichen pommersfeldner handschrift in sedez, welche Bethmann[1]) und Höfler[2]) schon näher beschrieben haben, findet sich die arbeit des bologneser meisters von seite 56′ — 68′, woselbst sie mit den worten est attributum in XIII in der epistola adversativa seu distributiva abbricht. gewissermassen nicht als selbstständiges werk tritt sie äusserlich uns da entgegen, sondern schliesst sich in eigenthümlicher weise der abhandlung des Adalbert von Samaria an, welche unmittelbar auf die reinhardsbrunner briefsammlung fol. 49 folgt. auf fol. 55′ nämlich findet sich der anfang der lehre über die salutatio, und hier beginnt nun fol. 56′ unter der in keiner weise passenden überschrift salutatio simpliciter ad clericum, welche sich eben auf eine in der handschrift verstellte und früher gesetzte abtheilung bezieht, unser werk.

1) Im archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtkunde IX. s 539 — 547.

2) Im archive für kunde österreichischer geschichtsquellen, jahrgang 1850, band II, s. 16 — 18.

Digitized by Google

Was endlich die wolfenbüttler handschrift 56. 20 in oktav anlangt, findet sich unsere schrift von fol. 1—4'. die ersten drei worte ego Benno misnensis sind auf einem wie es scheint radirten grunde, und wie es gleichfalls scheint von späterer hand mit lauter anfangsbuchstaben geschrieben, während dann sogleich von humillimus seruus crucis Christi D Fenranensium ciui palacii imperatoris equissimo iudici salutem et petitionis affectum an alles regelmässig von derselben hand bis zum schlusse et si ad fortune uicem in XIII wieder in der epistola adversativa seu distributiva fortgeht, worauf verschiedene kleinere und grössere schriften des bischofs Benno von Meissen folgen.

Während die letzte handschrift ohne sichtbares einschiebsel ist, bieten die beiden anderen ein solches. die salzburger nämlich unter IX, und die pommersfeldner unter XI. dieses haben wir bei unserem abdrucke in die note verwiesen, das andere als anhang beigefügt. etwas sonderlich auffallendes wird man in beiden erscheinungen übrigens nicht finden, sobald man bedenkt, wie eben dergleichen abhandlungen da und dort als brauchbare behelfe verwendet an den betreffenden orten nach bestimmten bedürfnissen durch eigene zuthaten der schreiber leicht erweitert wurden.

Zum schlusse könnte noch die frage entstehen, ob die im letzten abschnitte XV der salzburger handschrift sich findenden briefe auch ursprünglich zu unserem werke gehört haben. einmal nämlich erinnern sie an Albert von Samaria, und sodann erscheint in den stücken 9 und 10 derselben als pabst nicht mehr Calixt II, sondern H, also wohl dessen nachfolger Honorius II von 1124—1130. der zeit nach also reihen sie sich genau an das andere an, und sie spielen auch zum grossen theile wieder in Bologna, dessen bischof Victor von 1104—1130 hier gleichfalls wie in den früheren abschnitten der abhandlung erscheint. insoferne gerade er, wie es scheint, die eben zuerst bezeichnete unter dem rubrum „ad papam" erscheinende

Digitized by Google

anfrage an die römische curie richtete, und als antwort hierauf die im unmittelbar folgenden stücke „ad episcopum“ aufgenommene — unseres wissens in den bisherigen sammlungen nicht vorfindliche — decretale des genannten pabstes Honorius II empfing, konnte auch äusserst leicht unser kanoniker von dem wortlaute der beiden aktenstücke, die man doch schwerlich für erdichtet halten kann, kenntniss haben: und es ist durchaus nicht unwahrscheinlich, dass er sie als willkommene muster gleich seinem werke einverleibt. wir haben desshalb im augenblicke keinen anstand zu nehmen, die bemerkten briefe hier mit abdrucken zu lassen.

Will man im übrigen hieraus auch einen schluss auf die zeit der entstehung der ganzen abhandlung ziehen, so fällt sie gegenüber der annahme wozu die pommersfeldner und die wolfenbüttler handschrift allein berechtigen nunmehr etwas später. diese beiden erwähnen nämlich blos den pabst Calixt II, so dass dadurch eigentlich nur fest steht dass die rationes dictandi prosaice nicht vor dem jahre 1119 geschrieben sein können. ohne zweifel sind sie eben unter ihm begonnen, ja vielleicht in der hauptsache auch so zu sagen vollendet gewesen. nach der vorhin dargestellten sachlage aber möchten sie erst nach seinem tode und nach des Honorius II antritt des pontificates, also nach dem jahre 1124, zum endgiltigen abschlusse gelangt sein.

Digitized by Google

Rationes dictandi prosaice.

I.

Ugo bononiensis [1]) ęcclesię canonicus et sacerdos [2]) humillimus seruus crucis Christi D Ferariensium [3]) ciui sacri [4]) palacii imperatoris ęquissimo iudici salutem et peticionis effectum.

Magnis et crebris tuę dilectionis fatigatus precibus honestę peticioni denegare non audeo, quia me iam dudum dictandi opusculum promisisse recolo. eatenus [5]) namque tua rogatione moueor, fraternaque dilectione cogor, ut omnibus fere destitutus amicis uidear, si super hoc tibi satifacere tuęque utilitati prodesse neglegam. feci itaque non inuitus, ut tum tua tum conmuni omnium utilitate [6]) rationes dictandi prosaice ex multorum gestis in unum corpus colligerem, quibus disciplinam rudibus et documenta proiectis breuiter conmodeque traderem, ut hoc dumtaxat contenti opusculo ad aliorum nenias [7]) uel diuerticula de cetero non recurrerent. [8])

Si quos uero liuor edax mordet rodit et lacerat de se in se [9]) nichil fructus [10]) respicientes [11]) quem proferre ualeant, et ob hoc Aginulfi uel Alberti [12]) samaritani temeritatem et indisciplinatę doctrinę nouitatem huic introductioni preponere uel parificare satagunt, [13]) uideant quod non ratione

1) Cod. pom. *N bononiensis.* Cod. guelf. *Ego Benno misnensis.*

2) In der wolfenbüttler handschrift fehlen die worte *ecclesie canonicus et sacerdos.*

3) Cod. pom. *B ferraniensium.* Cod guelf. *D fenranensium.*

4) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *sacri.*

5) Cod. pom. *hactenus.*

6) Cod. pom. *ut tua tum conmuni utilitate.*

7) Cod. guelf. *nenia.* Cod. pom. *uenias.*

8) Cod guelf. *recurrent.* Cod. pom. *recurrant.*

9) In der pommersfelder handschrift fehlt *in se.*

10) Cod. sal. *fructum.*

11) Cod. guelf. *prospicientes.* Cod. pom. *respicientes.*

12) Cod. guelf. *abbati.* Cod. pom. *lamberti.*

13) Cod. pom. *patificare satagant.*

Digitized by Google

dicunt,[1]) set faucibus[2]) inuidiæ et acerbitatis odio accensi indecenter proteruiunt.[3]) sic enim Alberici monachi uiri eloquentissimi librum uiciant,[4]) qui[5]) et si plene per singula dictaminis documenta non scriberet, in epistolis tamen scribendis et dictandis priuilegiis non iniuria cæteris creditur excellere.

Cæterum ne in prologis scribendis nichil[6]) profuturis tempus uideamur atterrere,[7]) finem prefacioni ponamus, et hic prius tantum expostulantes,[8]) quod si qui ad hoc opus accedentes quicquam a teneris auribus[9]) acceperint quod hic discretum eliminari[10]) oportuerit non statim obstrepent, set quid et propter quid[11]) dicatur[12]) diligenter considerent. et hæc actenus.

II.

Duo quidem dictaminum genera[13]) nouimus, unum uidelicet prosaicum, alterum quod uocatur metricum.

Metricum uero a greco metron trahitur, quod latine mensura dicitur. inde metricum id est mensuratum dictamen latina lingua exprimitur.

Hoc autem repperitur tripliciter: aut cum pedum mensura, et[14]) carmen uocatur; uel numero dumtaxat[15]) sillabarum cum[16]) uocum consonantia, et tunc riddimus appellatur;[17]) seu utroque mixtum, quod quidem prosimetrum conpositione dicitur,[18]) ut sequentia declarant exempla. est enim carmen: *bella per Emathios.*[19]) riddimus solus[20]) ut hic: *hostis Herodes impie*, et cetera, et est cantui[21]) satis

---

1) Cod. guelf. *ducunt.*
2) Cod. guelf. *fascibus.* Cod. pom. *facibus.*
3) In der pommersfelder handschrift steht *protendunt*, das von derselben hand durch überschreiben in *proteruiunt* abgeändert ist.
4) Codd. guelf pom. *uituperant.*
5) Cod. pom. *quod.*
6) Cod. sal. *et.* Cod. guelf. *et nichil.*
7) Codd. guelf. pom. *amittere.*
8) Cod. guelf. *Hoc tamen prius expostulamus.* Cod. pom. *et hoc prius tamen expetimus.*
9) Cod. sal. *atenuis auribus.* Cod. pom. *adtentis auribus.*
10) Cod. guelf. *quod discretum eliminari.* Cod. pom. *quid indiscretum elimari.*
11) Cod. sal. *quod et per quid.*
12) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *dicatur.*
13) Codd. guelf. pom. *principalia dictaminum genera.*
14) Cod. pom. *quod.*
15) Codd. guelf. pom. *tantum.*
16) Cod. guelf. *et.*
17) Cod.guelf. *ridmus uocatur.* Cod. pom. *cum uocis consonantia oratio contexitur et tunc rithmius uocatur.*
18) Codd. guelf. pom. *datur.*
19) Cod. pom. *bella peremant.*
20) In der pommersfelder handschrift fehlt *solus.*
21) Cod. guelf. *est cum cantu.*

Digitized by Google

congruus,[1]) quia utrobique[2]) repperitur octogonus.[3]) ceterum[4]) prosimetrum possumus dicere, quando pars uersifice pars uero profertur prosaice, ut exempla declarant: *Ugo, patris matrisque loco quem*[5]) *habui semper*,[6]) *quicquid habet quecumque ualet dat mihi*[7]) *libenter.*

Set de his alias. nunc ad prosaicum reuertamur.

III.

Est autem prosaica oratio a lege metri soluta, ut: *nostra lingua interpretamur.*[8])

Quod particione[9]) tali congrue diuidimus, cum aliud tantum prosam, aliud prosam et epistolam dicimus. tantum prosa, ut dictamen[10]) Salustii et Ciceronis. prosa et epistola, ut Pauli, et[11]) que mittuntur amicis uel quibuscunque mittamus,[12]) quibus uiua uoce de[13]) re qualicumque non famur. que quidem duabus pro causis mittuntur, uel propter legati uidelicet insaniam[14]) uel secretorum quandoque occultationem maxime necessariam.

IV.

Tres autem inuenimus ordines epistolarum, sicut sunt tres ordines personarum. alie namque suppreme, alie infime, alie mediocres uocantur. que enim maioribus prelatisque[15]) personis mittuntur,[16]) sublimes; que seruis uel qualibet ratione subiectis, infime; que equalibus uel amicis conparibus,[17]) mediocres appellantur.

V.

In quibus omnibus salutationes in tercia persona positas congruenter disponamus. et ut aptius quam poneretur[18]) intelligatur nullum ibi uerbum ponatur, sic quod[19]) cui

1) Cod. pom. *est cum cantu satis congruo.*
2) Cod. guelf. *ubique.*
3) Cod. sal. *octoganus.*
4) Cod. guelf. *cetera.*
5) Cod. sal. *quos.*
6) Cod. pom. *semper habui uel amaui.*
7) Cod. guelf. *tibi.*
8) Cod. pom. *testatur.*
9) Codd. pom. sal. *participatione.*
10) Codd. guelf. pom. *opus.*
11) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *et.*
12) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *mittamus.*
13) In der salzburger handschrift fehlt *de.*
14) Codd. guelf. pom. *inscientiam.*
15) Cod. pom *prelatis.*
16) In der salzburger und wolfenbüttler handschrift fehlt *mittuntur.*
17) Cod. pom. *amicis et paribus.*
18) Cod. guelf. *ponatur.* In der pommersfelder handschrift fehlt *quam poneretur.*
19) Cod. guelf. *sic tamen quod.* Cod. pom. *sic tamen ut.*

Digitized by Google

mittitur per datiuum et eius qui mittit per nominatiuum nomen scribatur.[1])

Adiectiua preterea personis conpetentia in salutatione debemus addere, quibus uarietatem personarum queamus exprimere. aliter enim pape, aliter regi loquimur, aliter episcopo, aliter abbati uel monacho, aliter militi strennuissimo, aliter socio uel[2]) amico karissimo.[3]) quod per singula currentibus et[4]) exempla subscripta rimantibus satis liquebit.

VI.

Et quia salutationis ordinem ad unguem usque[5]) perduximus, ad epistolas transeamus, et que cui persona loqui, quot quoque in epistolis necessaria, et[6]) quid cui debeat anteponi, dicamus.

VII.

Notandum igitur, ut secundam[7]) prima persona[8]) conueniat, et quasi ore ad os suam secum rem uel causam diligenter[9]) conferat.

Cui si[10]) responsio scripto remissa fuerit, non erit conpetens, nisi cuique uel ditori saltim parti acutę responderit.[11])

VIII.

Preterea trina in epistolis est consideratio: exordium uidelicet,[12]) atque[13]) narratio, et ex istis procedens[14]) certa conclusio.

Hæc tamen distinctim non semper ponuntur,[15]) quoniam exordium cum narratione quandoque uel cum con-

---

1) Cod.pom. *intelligenter scribatur.*
2) Cod. pom. *aliter.*
3) Cod. guelf. *caro.* Cod. pom. *raro.*
4) In der pommersfelder handschrift fehlt *et.*
5) Cod. pom. *ordinem huc usque.*
6) Cod. pom. *loqui debeat quodque in epistolis necessarium est et.*
7) In der salzburger handschrift steht *secundum* mit einem verweisungszeichen, das sich auch richtig am rande wieder findet, dessen inhalt aber bis auf *u* weggerissen ist.
8) In der salzburger und pommersfelder handschrift fehlt *persona.*
9) Cod. pom. *ad os rem suam diligenter.*
10) In der salzburger handschrift fehlt *si.*
11) Cod. guelf. *nisi ut unicuique uel digniori saltem parti responderit.* ebenso cod. pom. bis auf *respondeatur.*
12) In der pommersfelder handschrift fehlt *uidelicet.*
13) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *atque.*
14) Cod. pom. *precedentibus.*
15) Cod. pom. *nec tam distincte ponuntur.*

Digitized by Google

clusione narratio [1]) connectuntur.[2]) hoc autem euidenter cernetur, cum cuiusque per se exemplum ponetur.

Est uero exordium secundum tullianam diffinitionem oratio idonee[3]) conparans animum auditoris ad reliquam dictionem.

Narratio quidem est rei[4]) geste uel quasi geste explanatio.

Est autem conclusio totius orationis exitus siue determinatio.

Ista siquidem singula hac ratione digessimus, quoniam[5]) necesse est, ut orator qui apte distincte ordinate[6]) loqui ad suadendum[7]) desiderat aliquod prius captando[8]) exordiri studeat, nisi forte inimicum uel aliquam[9]) indignam personam conueniat; secundo narrationem adiciat; tercio conclusionem ponat, que prescriptis finem ingerat.[10]) horum exempla scribentur infra.[11])

IX.

Beniuolentiam quoque[12]) in epistolis alio et alio modo tribus in locis[13]) captamus.

In salutatione uidelicet primo, si tria[14]) uel iiii ad laudem adiectiua ponamus.

In prologo seu exordio, cum mittentem[15]) uel cui mittitur aut utrique[16]) uel alteri rem[17]) aptam conmendamus.[18])

In conclusione etiam, si[19]) laudem et conmendationem concludendo repetamus.

---

1) Cod. guelf. *uel conclusio cum narratione.*

2) Cod. pom. *exordium cum narratione uel cum conclusione narratio quandoque connectitur.*

3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *idonee.* Cod. pom. *idoneum.*

4) Cod. pom. *regi.*

5) Die mit der neuen seite 58′ beginnende pommersfelder handschrift hat: *Set quoniam.*

6) Cod. pom. *ornate.*

7) Codd. guelf. pom. *persuadendum.*

8) Cod. pom. *captando beniuolentiam.*

9) In der wolfenbüttler und pommersfelder handschrift fehlt *aliquam.*

10) Die wolfenbüttler handschrift hat das compendium für *er* der endsilbe *at* angefügt, so dass sie eigentlich *ingater* hat.

11) Cod. pom. *scribuntur ista.*

12) Cod. guelf. *uero.*

13) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *tribus in locis.*

14) Cod. guelf. *in salutatione quoque primo tria.*

15) Cod. guelf. *meritum.*

16) Cod. guelf. *utrisque.*

17) Cod. pom. *aut alterum alteri per rem.*

18) Hier folgen in der salzburger handschrift die in den beiden anderen fehlenden und wohl ursprünglich auch nicht hieher gestellten muster, welche wir desshalb an den schluss der abhandlung als anhang verweisen, woselbst sie den zusammenhang nicht mehr unterbrechen.

19) In der pommersfelder handschrift fehlt *si.*

Digitized by Google

De narratione nichil hic dicatur, quoniam in ea beniuolentia non captatur,[1] sed rem meram mere explanare conatur.[2]

Ceterum captationis modos in epistolis tres esse necessarios nouimus. quarto frequenter non utimur. aut enim ab eo qui mittit seu cui mittitur captatio capitur,[3] uel ex ipsa re, id est ex hoc quod illorum alter uel utrique diligunt[4] conmendando[5] beniuolentiam captent.

X.

Sunt preter hoc duo necessaria, id est coma et cola, sine quibus orator perfecta non utitur eloquentia.

Est coma diuisio,[6] uidelicet subsequens precedenti non multum inpar positio, quando scilicet[7] distinctiones uidentur quasi currere.[8] et sint[9] inter se fere conpares. uerbi gratia: *uestre dilectionis et fraternitatis littere meas ad aures usque uenere: quarum*[10] *presentiam uellem si possem pre oculis semper habere.* hoc[11] in epistola est[12] necessarium. sine quo inconcinnum[13] constat omne[14] prosaicum.

Colam uero membrum esse dicimus, quando diuersa uel aduersa responsiua uel simpliciter positiua[15] accidentia uni rei damus, quibus laudem uel uituperationem quadam uerborum conculcatione expolite[16] signamus.

Quarum[17] quasdam sine interrogatione, quasdam[18] interrogatiue[19] inuenietis, ut subsequenter in epistolis[20] patebit.

---

1) Cod. pom. *beniuolentiam non captamus.*
2) Cod. guelf. *rem in eam proprie explanare conatur.* Cod. pom. *rem in ea pure explanare conamur.*
3) Codd. guelf. pom. *incipitur.*
4) Cod. pom. *diligenter.*
5) Cod. sal. *conmendandam.*
6) In der wolfenbüttler handschrift ist durch überspringen von *coma* zu *coma* alles von *sine quibus* an bis *diuisio* einschliesslich ausgefallen.
7) Cod. pom. *secundum.*
8) Cod. pom. *contrarie.*
9) Codd. guelf. et pom. *sunt.*
10) Cod. pom. *qua re.*
11) Cod. guelf. et pom. *hac.*
12) Cod. pom. *hac in epistola coma est.*
13) In der salzburger handschrift ist der raum für *inconcinnum* leer. die pommersfelder handschrift hat *unde concinnum* anstatt *sine quo inconcinnum.*
14) *Omne* fehlt in der wolfenbüttler handschrift.
15) Cod. sal. *pona* mit dem compendialzeichen über dem *a.*
16) In der pommersfelder handschrift fehlt *expolite.* Cod. sal. *exposite.*
17) Cod. pom. *quare.*
18) In der wolfenbüttler handschrift ist *sine interrogatione quasdam* ausgefallen.
19) Cod. pom. *interrogatiuas.*
20) Codd. guelf. et pom. *exemplis.*

Digitized by Google

Et sunt appositiue simpliciter hoc modo: *es quoque* [1] *quem Juno potentem, Minerua prudentem, Cytharea* [2] *pre ceteris fecit lucescentem.* [3] uel sic: *es quoque* [1] *quem regnorum Juno magnitudine preposuit, litterarum plenitudine Minerua edocuit, cunctis mirandum Citherea contulit.* [4] *es quoque* [1] *cui Juno regnorum* [5] *magnitudinem,* [6] *litterarum Minerua plenitudinem, suam Uenus tribuit pulchritudinem.*

Hęe eedem tamen,[7] si hoc modo proferantur, responsiue uocantur: *es quoque quem regnorum magnitudine, litterarum plenitudine, uultus pulchritudine, Juno preposuit, Minerua edocuit, cunctis mirandum Cytharea contulit.* [8]

Sic [9] etiam, si quatuor uirtutes conuenientes seu contraria [10] uelimus ponere, mirabiles colas possumus facere, hoc modo uidelicet: *es etenim* [11] *cui discretionem prudentia, equitatem iustitia, fortitudo constantiam, temperantia parit* [12] *modestiam.*

Hęe [13] aliter responsiue poni possunt et contrarie hoc modo: [14] *cum tue discretionis prudentiam, equitatis iusticiam, fortitudinis constantiam, temperantie modestiam* [15] *erga mee ut ita dicam* [16] *irrationabilitatis stulticiam, iniusticiae nequiciam, debilitatis inconstantiam, et audacitatis intemperantiam benigne et lenitate animi recordor* [17] *exhibita, satis satisque dubito quando et quo* [18] *promereri potuero.*

Inueniuntur quoque interrogatiue, [19] ut Tullius in amicicia de Scipione: [20] *quid*, inquit, *dicam de pietate in*

---

1) Cod. pom. *quippe*. Cod. guelf. *est quippe*.

2) Cod. guelf. *Citherea*.

3) Cod. pom. *lucentem*.

4) Dieser ganze satz von *es* angefangen ist in der salzburger handschrift ausgefallen. der pommersfelder codex hat: *Juno magnitudine litterarum Minerua plenitudine Venus pulchritudine Juno preposuit Minerua edocuit cunctis* u. s. w.

5) In der pommersfelder handschrift fehlt *regnorum*.

6) Cod. sal. *mansuetudinem*.

7) Dieser anfang fehlt in der pommersfelder handschrift. Cod. guelf. *Eedem tamen*.

8) Dieses ganze beispiel von *es quoque* an fehlt in der wolfenbüttler handschrift, während es in der pommersfelder theilweise aus note 4 zu erkennen ist.

9) Cod. sal. *si*.

10) Cod. sal. *contraria*.

11) Cod. guelf. *est etenim*. Cod. pom. *est enim*.

12) Cod. pom. *pariat*.

13) Cod. pom. *ne*.

14) In der salzburger handschrift fehlt *et contraris hoc modo*.

15) Cod. pom. *modestie temperantiam*.

16) Cod. guelf. *dico*.

17) Cod. guelf. *recordabor*.

18) Cod. guelf. *que*. Cod. pom. *quomodo*.

19) Die pommersfelder und wolfenbüttler handschrift setzt *quandoque* bei.

20) Cod. sal. *ut illius amicicia de catone*.

Digitized by Google

matrem? de liberalitate in sorores? de bonitate in suos? de iusticia in omnes? uel aliter: *quis enim tanti uiri noticiam non appetat? beniwolentiam non desideret?*[1] *munificentiam non concupiscat?*

Sunt[2] aliæ prima sibi fronte[3] contrariæ,[4] ut cuidam placuit in uita sanctæ Ceciliæ, dicens: *quod in isto mundo uiuitur, uita est quam*[5] *humores humidant,*[6] *dolores extenuant,*[7] *ardores exsiccant, aeres morbidant,*[8] *esce inflant, iciunia macerant, ioci soluunt, tristicie consumunt, sollicitudo coartat, securitas hebetat,*[9] *diuitie iactant, paupertas deicit,*[10] *iuuentus extollit, senectus incuruat,*[11] *infirmitas frangit, meror consumit: et*[12] *his omnibus mors furibunda succedit.*

His modis duntaxat[13] colæ reperiuntur, quæ non nisi ad ordinandum[14] dictamen ponuntur.

Causa uituperationis aliquando[15] non minus inueniuntur.[16] uerbi gratia: *es quoque*[17] *quem ira incitat, mordet inuidia, odium sollicitat, superbia inflat, luxuria effeminat.* uel sic: *uerbis acerbus,*[18] *factis proteruus, in bonis exiguus, in malis eximius.*

Harum tamen omnium uitari oportet tedium, nec in nostro dictamine ultra iiii seu v debemus ponere.

XI.

Et quoniam quæ dicenda fuerunt extrinsecus sufficienter explicuimus,[19] nunc salutationum uarietates ponamus, et singulis singula conpetenter distribuamus.

Prius tamen æuidenter reprehendatur quod a quibusdam indisciplinatis putatur, uidelicet[20] quod nomen proprium prius scribatur, et adiectiuum sibi conpetens subsequenter addatur. siue enim adiectiua omnia preponantur, seu nomine

---

1) Cod. sal. *consideret.*
2) Codd. guelf. et pom. *sunt autem.*
3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *fronte.*
4) Cod. pom. *alie sibi contraria.*
5) Cod. guelf. *uita non est quia.*
6) Cod. sal. *tumidant.*
7) Cod. pom. *excruciant.*
8) Cod. guelf. *aeres morbos dant.*
9) Cod. sal. *debetat.* Cod. pom. *securitas uel cecitas hebetat.*
10) Cod. sal. *deiecit.*
11) Cod. pom. *senectus premit et incuruat.*
12) In der pommersfelder handschrift fehlt *et.*
13) Cod. pom. *Is modus uitaxat.*
14) Cod. guelf. *ornandum.*
15) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *aliquando.*
16) Cod. pom. *inuenitur.*
17) Cod. pom. *es quippe.* Cod. guelf. *est enim quippe.*
18) Cod. sal. *aceruus.* Cod. guelf. *acerbis.*
19) Cod. pom. *sufficienter exposuimus uel explicauimus.*
20) Cod. guelf. *a quibusdam imprudentibus estimatur.* Cod. pom. *a quibusdam insipientibus estimabatur scilicet.*

Digitized by Google

anteposito[1]) subscribantur, uel adiectiuorum medietati nomen interseratur, idem ualere a nobis affirmatur.[2]) uerbi gratia: *D diuine humaneque phylosophie munere predito, amico carissimo, V sibi*[3]) *amicissimus quicquid in mundo utilius.* uel *uite integritate,*[4]) *morum honestate plenissimo D V suorum amicorum intimus intime dilectionis uinculum.* uel *genere claro, litteris erudito, D*[5]) *uita moribusque fulgentissimo, V salutem et sinceritatis affectum.*[6])

Et hęc actenus. nunc ad salutationes reuertamur.

A papa ad imperatorem.

Sciendum est itaque, si papa. imperatori uel alicui mittat, quod seruum seruorum dei[7]) se ipsum nominat, hoc modo: *C episcopus*[8]) *seruus seruorum dei H Cesari Romanorum*[9]) *imperatori augusto dilecto*[10]) *in Christo filio salutem et apostolicam benedictionem.* uel: *H Cesari inperatori inuictissimo regni concordiam, inimicorum uictoriam et eternitatis gloriam.*

Si uero hostis ęcclesiæ: *salutem pro merito,* uel *salutem cum meruerit,*[11]) uel *malorum conpunctionem* seu *abrenuntiationem, æquitatis*[12]) *et pacis dignam imitationem.*

Ab imperatore ad papam.

C romane sedis uel *prime sedis pontifici dei*[13]) *gratia patri uniuersali H Cesar licet indignus Romanorum inperator augustus debite subiectionis reuerentiam.*

Ab episcopo ad papam.

C dei gratia patri uniuersali, uel *prime sedis pontifici,* uel *beate memorie pape, V peccator bononiensis ecclesie episcopus salutem et reuerentiam,* uel *subiectionem,* uel *subesse perpetuo.*[14])

---

1) Cod. guelf. *apposito.*
2) Cod. sal. *firmatur.*
3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *sibi.*
4) Cod. guelf. *intemeritate.*
5) Cod. pom. *uel.*
6) Cod. pom. *affectus.*
7) In der salzburger und wolfenbüttler handschrift fehlt *dei.*
8) Cod. pom. *Calistus.*
9) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *Romanorum.*
10) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *dilecto.*
11) Cod. pom. *salutem quam meruit, salutem pro merito.*
12) Cod. pom. *uel abrenunciationem iniquitatis.*
13) Cod. guelf. *uel dei.*
14) Dieser ganze absatz fehlt in der pommersfelder wie in der wolfenbüttler handschrift, von denen aber die erstere zum folgenden muster das hieher passende rubrum *episcopus ad papam* erhalten hat.

Digitized by Google

A [1]) papa ad episcopum.

C episcopus seruus seruorum dei V bononiensi episcopo[2]) *dilecto in Christo filio salutem et benedictionem.*[3])

Ab episcopo ad subditos.[4])

Victor [5]) *diuina uoluntate* uel *dei gratia* uel *diuino nuto* [6]) *bononiensis episcopus D de monte beliano archipresbytero* [7]) *fratri* uel *dilecto filio salutem et episcopalem benedictionem*, uel *salutem et gratiam.* [8])

A subditis ad episcopum.[9])

Reuerendo ac diligendo patri et domino V Bononiensium episcopo A sancti Johannis archipresbyter cum suis confratribus, uel *proceres montis beliani et uniuersus populus, salutem et reuerentiam*, uel *salutem et omne bonum*, uel *quicquid patri filii et domino subditi seruuli.* [10])

Ad episcopum ab episcopo.

V peccator bononiensis [11]) *ecclesie episcopus L Ferariensium* [12]) *coepiscopo dilecto in Christo fratri salutem et omne bonum*, uel *salutem et* [13]) *prosperitatis cursum*, uel *fortune* [14]) *successum*, uel *amoris affectum*, seu *sinceritatis amorem.*

---

1) Cod. guelf. *si.*

2) Cod. guelf. *boemensis ecclesie episcopo.* Cod. pom. *bomensis* oder *boniensis ecclesie episcopo.*

3) Codd. guelf. et pom. *apostolicam benedictionem.*

4) Das rubrum fehlt in der pommersfelder handschrift.

5) Codd. guelf. pom. *V.*

6) Cod. guelf. *uel diuina gratia uel diuino nutu.* Cod. pom. *uel gratia uel clementia uel munere uel nutu.*

7) Cod. guelf. *boemsis* mit den compendialzeichen über *o* und *m ecclesie D monte deliano* — was von späterer hand in *decano* umgewandelt ist — *archiepiscopo fratri et.* Cod. pom. *boniensis* oder *bomensis episcopus ecclesie D deliano archiepiscopo fratri dilecto suo filio salutem et apostolicam benedictionem.*

8) Vergleiche den schluss der vorigen note.

9) Das rubrum fehlt wieder in der pommersfelder handschrift.

10) Cod. guelf. *reuerendo ac diligendo patri et domino V boemensis episcopo V suus ubique uel ubicunque clericus conmodam subiectionem, uel quicquid patri filius et domino subditus seruus.*

Cod. pom. *reuerendo ac diligendo patri ac domino V boniensis* oder *bomensis ecclesie episcopo N suus ubicunque et ubique clericus comodam subiectionem, uel quicquid patri suus filius uel domino seruus subditus.*

11) Cod. guelf. *boemsis* mit den compendialzeichen über *o* und *m.* Cod. pom. *boniensis* oder *bomensis.*

12) Cod. guelf. *D Mutinensium.* Cod. pom. *N Mutinensium.*

13) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *salutem et.*

14) Codd. guelf. et pom. *fortitudinis.*

Digitized by Google

Item ad episcopum.

Summa ueneratione summeque laudis celebratione dignissimo diuine largitate munificentie [1] *plenissimo V diuina gratia bononiensi episcopo* [2] *pastori et dispensatori quam optimo* — uel sic: *uenerabili et dilecto domino V bononiensis* [3] *ecclesie presuli sanctissimo* — *Vgo* [4] *suus ubique* uel *ubicunque clericus et* [5] *sacerdos humillimus omnimodam subiectionem*, uel *debite subiectionis* [6] *obsequium*, uel *huius et future uite gloriam*, uel *diu feliciter uiuere.* [7]

Uel sic: *litteris decorato*, [8] *moribus honesto*, [9] *munerum largitate magnifico*; [10] uel sic: [11] *genere claro, solerti pectore* [12] *gnaro, moribus egregio, V Bononiensium presuli dignissimo A* [13] *fauentine ecclesie archidiaconus eiusque confratres salutem et reuerentiam.*

Ad discipulos scienciam magistrum petentes. [13]

V bononiensis ecclesie sacerdos licet indignus solo nomine magister suis scolaribus in Christo dilectis salutis et peticionis affectum, uel *philosophie gradus ascendere*, uel *scientiis iugiter proficere*, uel *Ypocratis prudentiam et tullianam eloquentiam.*

V boemensis [14] *ecclesie canonicus licet indignus solo nomine magister scolaribus suis in animo dilectis mentis scientiam penitusque beniuolentiam*, uel *perfectionis effectum*, [15] uel *philosophie gradus ascendere*, uel *in litteris proficere*, uel *ad* [16] *meliora iugiter anhelare*, uel *Hipocratis scientiam et* [17] *Ciceronis eloquentiam.*

Ad magistrum.

Litterarum scientia ditissimo uel *prudentissimo* uel *adprime*

1) Cod. pom. *largitatis munificentia.*
2) Cod. guelf. *D diuina gratia mutinensi episcopo.* Cod. pom. *N diuina gratia mutinensi episcopo.*
3) Cod. guelf. *boemsis* mit den compendialstrichen über *o* und *m.* Cod. pom. *bonensis.*
4) Cod. guelf. *V.* Cod. pom. *N.*
5) Cod. guelf. *uel.*
6) Cod. guelf. *seruitutis.*
7) Cod. guelf. *huius uite et si est gloriam uel diu feliciterque uiuere.* Cod. pom. *huius uite gloriam uel diu uiuere.*
8) Cod. guelf. *decompto.*
9) Cod. pom. *honestato.*
10) Cod. pom. *munifico.*
11) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *sic.*
12) Cod. sal. *pectori.*
13) Cod. guelf. *egregio P benignissimo A.* Cod. pom. *egregio P presuli sanctissimo uel benignissimo O.*
13) Dieses rubrum fehlt in der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift, deren text in der spalte nebenbei abgedruckt ist.
14) Cod pom. *bonensis.*
15) Cod. pom. *peticionis affectus.*
16) In der pommersfelder handschrift fehlt *ad.*
17) Cod. pom. *Ypocratis scientiam uel.*

Digitized by Google

erudito uel *eruditissimo* seu *doctissimo*[1] *uiro eloquentissimo* uel *phylosophie documentis inbuto A suorum discipulus*[2] *minimus salutem et obsequium*, uel *quicquid magistro discipulus.*[3]

Ad patrem.

Uenerabili et dilecto patri, uel *reuerendo ac diligendo patri*, uel *A genitori dulcissimo, D eius dilectus filius perennem cum*[4] *fidelitate seruitium*, uel *quicquid patri*[5] *peramans filius*, uel *quicquid domino subditus seruulus.*[6]

Si uero patri et matri, patruo,[7] ac fratribus et sororibus, cunctisque amicis mittatur,

hoc modo conpetenter exordiatur,[8] si omnibus quibus mittitur antepositis adiectiua pauca et cunctis conmunia[9] subdantur, ita tamen quod alterius nominis accidentia singulis singula conuenienter respondeant. uerbi gratia: *A patri, M matri, L et A fratribus ac sororibus,*[10] *canctisque amicis* uel *notis, pre omnibus et in omnia diligendis, V filiorum fratrum ac nepotum minimus, amicus intimus, debite seruitutis et dilectionis obsequium*, uel *quicquid utriusque uite felicius*, uel *quicquid ualet*[11] *melius*, uel *quicquid in mundo utilius* uel *iocundius* uel *carius*,[12] uel *utriusque hominis gaudium*, uel *huius successum et future uite brauium.*

Ad amicum.

A amicorum eximio, omni conmendatione dignissimo,[13] uel *omni laudando tripudio*, uel *uita moribusque fulgentissimo*, uel *familiaritatis et largitatis dulcissimo*, uel *dulcedine*[14] *famosissimo*

---

1) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *seu doctissimo.* der pommersfelder codex hat dafür *uel.*

2) Cod. pom. *inbuto uel suorum discipulorum.*

3) Cod. guelf. *inbuto L suorum suorum minimus salutem et quicquid discipulus magistro.*

4) Cod. guelf. *Uenerabili ac dilecto A I eius dilectus filius perpetuum in.*

5) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *patri.*

6) In der pommersfelder handschrift lautet dieser Absatz wieder wie auch der vorhergehende ohne rubrum: *Uenerabili et dilecto patri N eius dilectus filius quicquid domino subditus seruus.*

7) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *patruo.*

8) Cod. guelf. *hoc modo ordinatur.* Cod. pom. *hoc modo ordinetur.*

9) Cod. sal. *conmuniter.*

10) In der salzburger handschrift fehlt *ac sororibus.* Cod. pom. *matri et sororibus uel fratribus.*

11) In der pommersfelder handschrift fehlt *ualet.*

12) Codd. guelf. et pom. *in mundo carius.*

13) Cod. pom. *omni bono conmendatissimo.*

14) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *dulcedine.*

Digitized by Google

seu *amantissimo* [1]) uel *A societatis* uel *fraternitatis*[2]) *ac dilectionis dulcedine*[3]) *satis amando*, uel *peramabili*[4]) *et*[5]) *reuerendo fratri ac socio*, uel *A socio et amico*[6]) *karissimo*, uel *dilecto in Christo socio*, *D fratrum ac sociorum minimus* seu *intimus Lelii ac Scipionis familiaritatem et paradysi amenitatem*, uel *sui sibi se a se*, uel *quicquid sui sibi, quicquid sibi*, uel *quicquid amicus amico*, uel *quicquid amicus amico amicius*,[7]) uel *quicquid malo contrarium preter ipsum*,[8]) uel *omne cum caritate obsequium*,[9]) uel[10]) *primam uocem tripodem cum circulo, signum*[11]) *uite cum granate medio inciso.*

Ad abbatem uel monachum.[12])

R cenobii sancte Marie abbati seu *monacho sanctissimo, religione pleno*, uel aliter *regularum disciplinis apprime instructo*[13]) *cenobite* seu *abbati religiosissimo et dilecto in Christo patri A sancte Cecilie abbati humillimo*,[14]) uel[15]) *moribus honesto, litteris pleno, lingua facundissimo*, uel *ieiuniis ualido orationibus assiduo uigiliis infesso*[16]) *A abbati clementissimo C uicecomes* uel *miles eius fidelissimus salutem et obsequium*, uel[17]) *D peccator monachus in dei seruicium minimus debitam subiectionem*, uel *deum deorum in Syon*,[18]) uel *sabbatum ex sabbato*,[19]) uel *post*[20]) *Lie lippitudinem Rachelis pulchritudinem*, uel *post Marthe operationem*

---

1) Cod. pom. *uel familiaritate amantissimo ac largitatis dulcedine famosissimo.*

2) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *uel fraternitatis.*

3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *dulcedine.*

4) Codd. guelf. et pom. *amabili.*

5) In der pommersfelder handschrift fehlt *et.*

6) Cod. guelf. *fratri uel associo uel amico.* Cod. pom. *fratri uel aliter socio et amico.*

7) In der pommersfelder handschrift fehlt diese ganze stelle von *uel quicquid* an, in dem wolfenbüttler codex schon von *uel sui* an.

8) Cod. pom. *uel quicquid est contrarium malo preter malum.*

9) Dieser ganze satz fehlt in der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift.

10) Codd. guelf. et pom. *uel sic.*

11) Cod. guelf. *dignum.*

12) Das rubrum fehlt wieder wie auch die folgenden in der pommersfelder handschrift.

13) In der wolfenbüttler handscrhift fehlt von *aliter* an bis *destructo* einschliesslich.

14) Die pommersfelder handschrift hat bloss: *R cenobii sancte Marie abbati humillimo.*

15) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *uel.*

16) Cod. guelf. *moribus honesto, conuersatione perspicuo, lingua facundissimo, ieiunii ualido, orationibus assiduo, uigiliis infesso.*

Cod. pom. *moribus honesto, conuersatione perspicuo, uigiliis infesso.*

17) Codd. guelf. et pom. *uel aliter.*

18) Cod. pom. setzt *uidere* bei.

19) Cod. pom. *sabbatum post sabbatum.*

20) In der pommersfelder handschrift fehlt *post.*

Digitized by Google

Marie contemplationem,[1] uel *post H Θ,* uel *post Jacob supplantationem Israelis uisionem,* uel *cum Jacob lapidem capiti sub ponere et cum angelis celum ascendere.*[2])

Ad fratrem.

A fratri dilecto uel *fratri dulcissimo* uel *karissimo* uel *a materno sanguine ac dilectione sibi coniuncto D salutem,* uel *quicquid frater fratri,* uel *fraterne dilectionis affectum,* uel *mutue familiaritatis obsequium* seu *affectum,* uel *sinceritatis famulamen.*[3])

Ad militem.

Uiro illustrissimo militi strennuissimo uel *ingenio prouido in bello strennuo C famosissimo,*[4]) uel *uiro industrio militi fortissimo C, A parmensis*[5]) *uice comes et uniuersus populus*[6]) *salutem et obsequium,* uel *Ulixis astuciam, fortitudinem hectoream.*

Ciuitas ad ciuitatem.

Si inimici sunt, sic sine salutatione ponetur:[7]) *Bononiensium*[8]) *consules et populus uniuersus ferariensibus*[9]) *consulibus et populo toto* uel *cuncto salutem,* uel *antiquam amiciciam restaurare* seu *recuperare et recuperatam firmare,* uel *firmate pacis perseuerantiam et promissi auxilii alternam prestantiam.*[10])

---

1) Cod. guelf. *uel post Marthe laborem Marie consolationem.* Cod. pom. *uel post practicen theoricen uel post Marthe laborem Marie consolationem.*

2) Alle die beispiele nach *contemplationem* fehlen in der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift.

3) Die pommersfelder handschrift hat bloss: *R fratri dilecto uel dulcissimo uel materno sanguine ac dilectione coniuncto F salutem in Christo uel quicquid frater dilectus fraterni affectus.*

Die wolfenbüttler handschrift hat nach dem rubrum bloss: *R fratri dilectissimo uel dulcissimo,* und springt dann ohne unterbrechung gleich auf *militi strennuissimo* im folgenden absatze.

4) Cod. guelf. *prouido, bello strennuo, uel G nobilissimo.* Cod. pom. *prouido uel bello strenuissimo G nobissimo.*

5) Cod. guelf. *industrio C parmensis.* Cod. pom. *uiro illustri C parmensis.*

6) Cod. pom. *uice comes uniuersis populis.*

7) Cod. guelf. *Si inimici sunt, salutatione careant.*

Die pommersfelder handschrift hat weder rubrum noch diese bemerkung, sondern beginnt gleich: *B bononiensium.*

8) Cod. guelf. *Boemensium.*

9) Cod. guelf. *ferinensium.* Cod. pom. *ferreniensium.*

10) Cod. guelf. *populo cuncto, uel simpliciter sic: Boemenses feranensibus antiquam restaurare amiciciam, restauratam confirmare.*

Cod. pom. *consulibus antiquam amiciciam restaurare, restauratam confirmare.*

Digitized by Google

Si uero amici sunt, sic: *Bononiensium*[1] *consules et uniuersus populus Ferrarie*[2] *consulibus*[3] *et omni populo salutem,* uel *firmate*[4] *pacis perseuerantiam et promissi auxilii mutuam constantiam.*[5]

Si uero quibuslibet inimicis mittimus,

taliter dicimus: *prout meruerunt* uel *meruere*[6] *salutem.*[7]

Et de salutationibus quidem ista sufficiant[8]. sciendum tamen, quod licet adiectiua quedam et salutationes aliquando[9] ceteris quibusdam nominibus prefato ordine poneremus,[10]

---

1) Cod. guelf. *Boemensium.*

2) Cod. pom. *Ferrate.*

3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *consulibus.*

4) Statt *uel firmate* hat die pommersfelder handschrift *et firme.*

5) Dieser ganze absatz fehlt in der salzburger handschrift wohl aus einem durch versehen entstandenen zusammenwerfen mit dem vorhergehenden.

6) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *uel meruere.*

7) In der pommersfelder handschrift folgen hier ohne alle und jede unterbrechung noch folgende hieher in keinem bezuge stehende salutationes:

N socio et amico C salutem fidem et amiciam.

S socio et amico quicquid uestra exigit dilectio.

Magistro tam reuerendo quam diligendo cum omni deuocione seruitium uereque fidei obsequium. omnia tua si deo annuente uadum prosperitatis obtinent, tantum gloriamur quantum si alium infortunio demoliuntur condolemus.

Carissimo patri et domino suo D ad laudem ecclesie uiuere in spiritu consilii et fortitudinis.

D dilecto domino et amico N tam absens quam presens suus salutem ac debite caritatis affectus.

Reuerentissimo patri et sanctissimo prime sedis antistiti N speculator maguntine ecclesie cum fratribus debite subiectionis reuerentiam, ut sumo sacerdoti obedientiam, et sedulam ut pio patri deuocionem.

Domino beatissimo et uere culminis honore reuerendo N M speculator ecclesie debite subiectionis reuerentiam et omnimode seruitutis obsequiola.

A patri pauperum apostolico et uniuersali pape sancte maguntine speculator ecclesie quicquid filius patri, quicquid membrum capiti.

Patri benedictionis et salutis N dei gratia rex ex toto corde dilectionem, et si quid melius, et ultra.

Romanus imperator N regi Francorum coronam fidei et inuiolabilem propinquitatis constantiam.

C gratia dei episcopus dilectissimis fratribus salutem.

Domino episcopo — nomen — *uirtutibus adimpleto B plenissimum debite fidelitatis ac sincere dilectionis affectum.*

Domino suo maguntine ecclesie archiepiscopo O mille uotis exoptatum presentis et future uite statum.

P seruus seruorum dei clero et populo salutem et apostolicam benedictionem.

Domino exoptatissimo et a deo preelecto patri et predestinato pastori G H decanus totusque clerus inpendiosissimas orationes.

8) Cod. guelf. *suscipiant.*

9) Cod. guelf. *aliquot.* Cod. pom. *salutationibuses* — mit unterpungirung der schlusssilbe *bus* — *aliq* mit dem compendialzeichen über dem unten gestrichenen *q.*

10) Cod. pom. *ponamus.*

Digitized by Google

non minus tamen easdem [1]) alternare, et quibusdam quasdam quibus non [2]) dedimus dare et mutare possemus. [3]) quedam nempe [4]) fratri dedimus que amico conpeterent, [5]) quedam amico quæ fratri conuenientia uellemus cernere. [6]) et sic [7]) salutationes et adiectiua incertum quedam sibi locum uendicant. quod diligens lector assiduus dictator studiose aduertant. [8])

XII.

Nunc ad epistolas redeamus, et ubi exordium narratio atque conclusio sigillatim inueniatur sub exemplis [9]) ponamus.

Ad magistrum.

Cum exordio narratione et conclusione. exordium enim capit ab audiente. [10])

Uestre [11]) *profunditatis scienciam et melliflue doctrine eloquentiam fama diuulgante cognoscimus,* [12]) *eamque cunctis subtilitate inueniendi et arte* [13]) *docendi excellere credimus. quibuscunque nempe ad uos* [14]) *uenientibus non inuenit scientiam, quasi* [15]) *plantauit* [16]) *et imbre doctrine cor inscium* [17]) *irrigauit. in quibus* [18])

Florentem uestre profunditatis scientiam et melliflue doctrine faccundiam uel [19]) *eloquentiam, preceptor disertissime, fama diuulgante rumore non modico cognouimus, uosque arte docendi et uerborum ornatu* [20]) *ac sublimitate sentenciarum cuntos huius terre magistros excellere pro certo conprobauimus, et neminem pri-*

---

1) Die wolfenbüttler handschrift lässt *non minus* weg, und setzt hier *eadem*.

2) Cod. pom. *et quibus quasdam non*.

3) Cod. guelf. *possumus*

4) Codd. guelf. et pom. *namque*.

5) Codd. guelf. et pom. *competunt*.

6) Cod. guelf. *ualemus aptare*. Cod. pom. *ualemus abtare*.

7) Anstatt *et sic* hat die pommersfelder handschrift *quia*.

8) Cod. sal. *auertant*. Cod. guelf. *aduertat*. Cod. pom. *diligenter aduertit*.

9) Cod. guelf. *sub exempla*.

10) Cod. guelf. *conclusione et captatur ab auditore*. Cod. pom. *conclusione captatur* oder *captatui beniuolentia ab auditore*.

11) Wir stellen hier sogleich, wie auch beim übernächsten stücke, ein entsprechendes muster aus der wolfenbüttler handschrift 56. 20. der aurea gemma des Henricus francigena ein.

12) Cod. guelf. *fama uulgante cognouimus*.

13) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *arte*.

14) Cod. guelf. *excellere. pro certo credimus quibuscumque ad nos*. Cod. pom. *excellere pro certo credimus. quibuscumque enim ad uos*.

15) Cod. pom. *non uetuit scientiam sed quasi*.

16) Cod. sal. *plantauit*.

17) Cod. guelf. *inscius*.

18) Die salzburger wie wolfenbüttler handschrift haben bloss *quibus*.

19) In der handschrift fehlt *uel*.

20) Cod. *uerbo ornatu*.

Digitized by Google

uero scintillam aliquam[1] *reperit, rudimentis uelud quibusdam follibus excitauit,*[2] *et ad perfectionem usque educauit. quos autem non rudes sed prouectos*[3] *percepit, documentis examussim*[4] *datis sua profunditate firmauit.*

Hec uero[5] *scientia tam congruenter singulis instruens singula nos commouit,*[6] *has ad uos litteras dirigere uestreque ferule manum*[7] *subponere, et ut nos doceatis suppliciter*[8] *exposcere.*

Quapropter ad[9] *uestre*[10] *philosophie pedes celeriter recurrentes humiliter deprecamur, ut super hoc nos*[11] *instruatis, nostrumque seruicium iugiter habeatis.*

mum uel parem uobis in coloratis dictaminis uarietatibus reperire nequiuimus. quicunque quippe at uos uenientes cientia carent, in incultis eorum mentibus sapientie semen infunditis, et in breui cor eorum inscium imbre doctrine irrigatis. in quibus uero aliquam erudicionis scintillam inuenitis, in maiorem[12] *noticie fulgorem promouetis, et usque ad perfectionem deducitis.*

Hec siquidem doctrina, discrete doctor, aures nostras percusciens nos congruenter[13] *amonuit nostras*[14] *litteras dulcedini uestre dirigere.*

Quibus uestre pietatis pedes conplectendo geminata precum instantia utillimum nostrum magistrum imploramus, quatinus ad filosopie uestre fontis dulcedinem celeriter currentes documentis instruere non negligatis, ut nostrum seruicium in omnibus et per opera nunc et deinceps iugiter habere ualeatis.

Responsio.

Et est hic exordium cum narratione simul,[15] et per se conclusio, et est a mittente captatio.[16] ad discipulos.

---

1) Cod. sal. *sintillam aliquam.* Cod. guelf. *sciat illam aliquam.*
2) Cod. guelf. *uelut follibus exercitauit.*
3) Cod. pom. *perfectos usque.*
4) Cod. guelf. *ex uniuersis.* Cod. pom. *eximiis* oder *exuntis* mit zwei strichen unter den letzten ti.
5) Cod. pom. *Hec modo.*
6) Cod. pom. *singulos instruens nos commonesit.*
7) Cod. pom. *uestreque fertili manu.*
8) Cod. pom. *simpliciter.*
9) In der pommersfelder handschrift fehlt *ad.*
10) Cod. guelf. *uestros.*
11) In der salzburger handschrift fehlt *nos.*
12) Codd. guelf. et pom. *similiter.*
13) Cod. guelf. *et cum amittere captatio.* Cod. pom. *et ante missa captatio.*
14) Cod. *maioram.*
15) Cod. *congruentes.*
16) Cod. *as.*

Digitized by Google

V bononiensis[1]) *ecclesie canonicus et sacerdos humillimus solo nomine magister P et J atque condiscipulis*[2]) *salutem.*

Ex quo uestre fraternitatis litteras sepe legendo replicaui, meum extimplo animum exhilaraui non modice[3]). *id enim me uos uideo*[4]) *exposcere, quod diuino dictante spiritu uobis possum affluenter impendere.*

Ceteris nempe artibus parum[5]) *uel quasi nichil subtilitatis afferentibus penitus supersedere, set*[6]) *huic tam sollertissime discipline sine hesitatione uolui studium incessanter adhibere. quam tum mea tum uestra*[7]) *utilitate et amore nimio uobis insinuare cupio.*

Sine ulla ergo dubitatione ad me ueniatis, et quod petistis[8]) *efficaciter habeatis.*[9])

Aliter ad eosdem.[10])

Uestre fraternitatis littere sollicitudinem pariter[11]) *adtulere cum gaudio. satis nempe superque*[12]) *miror et cogito, cum de me et a me tantum dici ac peti audio quantum ego nec agnosco nec postulo.*[13]) *uerumtamen letor et gaudeo, quia quorum desiderabam amiciciam habeo.*

Quibus diuina uolente[14]) *gratia taliter studebo, quod eorum*

Uestre sincere dilectionis litere reuerentissimum[15]) *amorem quem erga me uos exibere asseritis significantes gaudium ex parte et ex parte sollicitudinem mihi denunciant. satis enim et super satis miror et mirando cogito, cur de mea paruitate uel incientia tantum exaudio quantum nec ego in me recognosco esse nec postulo. letor tamen gaudio, con uestram quorum ab inicio mei aduentus in hanc terram amiciciam exobtaui nunc — ut in literis uestris continetur — habeo.*

Clareat[16]) *igitur uobis, nec dubitetis, quod taliter in uos*

---

1) Cod. guelf. *boemensis.*

2) Cod. guelf. *i et optandis discipulis.* Cod. pom. *P et B discipulis.*

3) Cod. guelf. *mediocriter.*

4) Cod. guelf. *enim uos a me uideo.*

5) Cod. sal. *pax.*

6) Cod. pom. *et.*

7) Cod. guelf. *tum pro mea tum pro uestra.* Cod. pom. *Quod tum pro mea tum pro uestra.*

8) Cod. pom. *petitis*, das auch die wolfenbüttler handschrift hatte, in welcher aber wie es scheint von späterer hand *s* aufgesetzt ist.

9) Cod. pom. *habebitis.*

10) Cod. pom. *ad idem.*

11) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *pariter.*

12) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *superque.*

13) Cod. guelf. *cognosco et postulo.* Cod. pom. *cognosco nec expostulo.*

14) Cod. pom. *largiente.*

15) Cod. *reuentissimum.*

16) Cod. *cleread.*

Digitized by Google

dilectionem et laboris reconpensationem[1] *habere merebor.*

studebo gratia diuina uolente quod uestram que mihi super omnia cara est dilectionem dulcedine et laboris conpensacione[4] *habere promerebor.*

Ad me ergo uenire ne differatis, ut quod honeste[2] *petistis*[3] *impetrare queatis.*

Ad doctrinam igitur nostram nullatenus festinare diffaeratis, ut quod honeste petitis impetrare ualeatis.

Ad patrem.

Et est captatio beniuolentie[5] ab ipsa re, et est narratio cum conclusione simul.[6]

Uestre paternitatis[7] *dilectionem et ingenii discretionem non credimus latere, nos in illa*[8] *arte studere que ceteris sua natura et ui non*[9] *iniuria uidetur*[10] *eminere.*

Que tamen quanto natura grauior, perspicacitate subtilior, prolixitate[11] *diuturnior, tanto stipendii plenitudine, ingenii sollicitudine, temporis longitudine incessanter indiget.*

Quapropter uobis mandamus, quatenus aliquid subsidii nobis mittatis, ut in quantum hoc studium ceteris est grauius,[12] *tanto studiosius ualeamus excellere.*[13]

Et est hec epistola in medio responsiua. nemo tamen tam subtiliter exorditur, quin inter exordium et narrationem aliquam uideatur facere discretionem. si quis enim perspicaciter ueritatem consideret, aut per se ponetur[14] narratio, uel cum narratione coniuncta conclusio. et de his ista sufficiant.

Sine rubro.

Preterea inuenitur uel tota uel ex parte responsiua inter semet epistola. et est pre ceteris laude dignissima. hoc modo.

---

1) Codd. guelf. et pom. *conpensationem.*
2) Cod. sal. *honestis.*
3) Cod. pom. *petitis.*
4) Cod. *conpensacionem.*
5) In der pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fehlt *beniuolentie.*
6) Cod. pom. *narratio conclusioni iuncta.*
7) Cod. pom. *Uestram pater.*
8) Cod. pom. *nos illa.*
9) Cod. pom. *sui natura ui et non.*
10) Cod. pom. *dicitur.*
11) Cod. pom. *prolixitate temporis.*
12) Cod. pom. *gracius.*
13) Codd. guelf. et pom. *tanto studiosius exercere ualeamus.*
14) Cod. guelf. *poneretur.* Cod. pom. *ponitur.*

Digitized by Google

Uiro industrio pre omnibus[1] *diligendo Amienzoni mediolanensi . . salutem*[2] *et obsequium.*

Cum uestre[3] *inmensitatis prudencie et diuitiarum glorie*[4] *mee paruitatis insciciam*[5] *et paupertatis miseriam libuit asciscere*[6] *et quasi fratri amabili et amico conpari amorem proprium sine merito adiungere, me decet*[7] *ultroneum beniuolentie principium recolere, et quem in tantillum tantus amorem uoluit extendere in mentis*[8] *sedibus firmiter annectere.*[9] *quis enim nisi mentis inops traderet obliuioni? seruire et non promereri*[10] *satageret? cum natura*[11] *clarus, etate grauis, diuiciis pollens, ingenio prouidus*[12] *mee nativitatis ignorantiam,*[13] *iuuentutis lasciuiam, paupertatis sarcinam*[14] *per enormem*[15] *eloquentiam*[16] *non cessauit ab hostibus deffendere, moribus instruere, copiis*[17] *replere, animi scientiam et eloquii facundiam studiose docere? quid plura? si omnium uolo recordari beneficiorum, sufficientium spes uidebitur abesse seruiciorum.*[18]

Quapropter nil utilius agendum queo prospicere, quam pro benefactis deo uobisque grates reddere.[19]

XIII.

Et quia de exordio narratione et conclusione ac beniuolentie captatione, de colis quoque et comatibus[20] sufficienter tractatum est, nunc ad diuersos epistolarum modos

---

1) Die pommersfelder und wolfenbüttler handschrift fügt noch bei: *et in omnia.*

2) Die salzburger handschrift hat an der stelle der beiden punkte *elo* mit dem striche durch *l* und übergesetztem *r*, dann ein nicht zu entzifferndes wort, wahrscheinlich einen namen.

Cod. guelf. *A boemensis clerico salutem.* Cod. pom. *A bonensis clericus salutem.*

3) In der wolfenbüttler handschrift fehlt *uestre.*

4) Cod. pom. *prudentia diuitiarum gloria.*

5) Cod. sal. *insiciam.* Cod. guelf. *inscientiam.* Cod. pom. *insciam.*

6) Cod. guelf. *ascissere.* Cod. pom. *adscicere.* Cod. sal. *assistere.*

7) Cod. guelf. *docet.*

8) Cod. guelf. *quem tantillum amor tantus uoluit extendere in meritis.*

Cod. pom. *quem admodum at tantillum tantus amorem uoluit contungere extendere et mentis.*

9) Cod. pom. *connectere.*

10) Cod. pom. *deseruire et promereri non.*

11) Cod. sal. *cunctam.*

12) Die pommersfelder und wolfenbüttler handschrift setzt hier bei: *lingua facundus.*

13) In der pommersfelder handschrift fehlt *mee nativitatis ignorantiam.*

14) Die pommersfelder und wolfenbüttler handschrift setzt hier bei: *mentis inprudentiam.*

15) Cod. sal. *et enormam.*

16) Cod. pom. *et per Ciceronis eloquentiam.*

17) Cod. pom. *corpus.*

18) Cod. pom. *abesse beneficiorum uel seruiciorum.*

19) Cod. pom. *agere.*

20) Cod. guelf. *et de comatis.*

Digitized by Google

transeamus, et quot sub numero possumus ordinaliter ponamus. sunt autem xxvi et paulo plus.

Et est primus naturalis,

a natura principium sumens. ad patrem scilicet.

Lege [1]) nature et iure paterno cogitur quisque ex se natum diligere, ac a brutis[2]) exemplum sumere, que[3]) ad tempus fetus proprios elactant et nutriunt, quasi ratione discernerent.[4])

Decet igitur uos me uestrum filium in amore annectere, et sic mihi paternum auxilium dirigere.[5])

Moralis et artificialis.

Decet[6]) quemque clericorum honeste uiuere, religione uti, et litteris assuescere quibus[7]) deo seruiat et hominibus placeat.[8])

Quam ob rem, frater dilecte, te ortor. et moneo, quatenus gressus[9]) grauitatem, uultus rigiditatem, morum honestatem cum religione teneas, ut hic et illuc[10]) deum remuneratorem habeas.

Officialis tantummodo[11]) ad regem.

Regie dignitatis officium est,[12]) pacis inuentores, iusticie amatores, fidelitatis obseruatores sedula sibi beniuolentia coniungere, concordie destructores,[13]) equitatis perturbatores, infidelitatis sectatores digna ultione repellere.

---

1) Cod. guelf. *sumens. hoc modo. ad patrem. lege.*
In der pommersfelder handschrift sind diese sätze wie folgt durcheinander gerathen: *ordinaliter ponamus hoc modo. ad patrem. lege nature. et iure paterno. et* womit die seite schliesst, worauf es mit der nächsten weiter geht: *et est primus naturalis a natura principium sumens. sunt autem. xx. vi. et paulo plus. quod cogitur.*

2) Cod. sal. *ac brutis.*

3) Cod. pom. *diligere a brutis exemplum sumere possumus animalibus que.*

4) Cod. pom. *discernant.*

5) Cod. pom. *sicque paternum impendere auxilium.* er sowohl als auch die wolfenbüttler handschrift setzt noch bei: *quo ualeam ad meliora proficere.*

6) Die pommersfelder handschrift setzt *igitur* bei.

7) Cod. guelf. *et assidue litteris quibus.* Cod. pom. *litteris assidue studere quibus.*

8) Die pommersfelder handschrift gibt *seruiant* und *placeant.*

9) Cod. guelf. *incessus.* die pommersfelder handschrift hat *in concesso,* worüber von derselben hand *incessu* gesetzt ist.

10) Codd. guelf. et pom. *illic.*

11) Die wolfenbüttler handschrift hat *tantummodo* nicht, die pommersfelder *tantum.*

12) Die salzburger handschrift hat *officii,* worauf ein leerer raum für etwa zwei kleinere worte folgt, *inuentores.*

13) Cod. guelf. *uel destructores concordie.* Cod. pom. *uel detractatores uel distinctores concordie.*

Digitized by Google

Quod uestrę quidem domus reuerenda propago ab atauis digne nitens[1]) et fulgens imperio uoluit[2]) atque sategit[3]) operari. ceterum regno uestra nunc sub dicione posito[4]) iuste ac misericorditer uos decet[5]) moderari, ut utrumque tempus bellorum et pacis iure[6]) possit gubernari.

Ad uestrę igitur magnitudinis[7]) pedes recurrentes de N comite[8]) nostram terram inquietante ferro et igne populante[9]) reclamamus, uestramque misericordiam et dignitatis iusticiam[10]) deprecamur, quatenus nostrę[11]) terrę misereamini, et illius iniquitatis[12]) uestros fideles ulciscamini.[13])

Condicionalis.[14])

Si causam qua[15]) ciuitates sunt[16]) conditę ciues memorię tenerent, equabilius[17]) atque constancius humanę res sese haberent. est enim ciuitas plurium ad iure uiuendum[18]) hominum congregatio, ut quod prius faciebat uel rerum uiolenta ablatio seu personarum iniqua dampnatio hoc postea faceret uel dimitteret[19]) omnibus par et ordinata ratio.[20]) quod si ratione non uiuitur,[21]) bonum ciuitatum principium[22]) non recolitur.[23])

Decet ergo ciues cum ciuibus concorditer uiuere, et alterum alteri iusticiam extendere, tyrannorum quoque[24]) uim ui et ratione repellere.[25])

---

1) An der stelle der worte *digne nitens* ist in der salzburger handschrift wieder eine lücke.

2) Cod. pom. *et effulgens uoluit.* Cod. guelf. *digno utens et effulgens uoluit.*

3) Cod. pom. *satagit.*

4) Cod. sal. *nunc subicione posito.* Cod. pom. *regno uestro sub uestra diciono posito.* Cod. guelf. *regna sub uestra diciono posita.*

5) Cod. pom. *condecet.*

6) Cod. guelf. *tute.*

7) Codd. guelf. et pom. *maiestatis.*

8) Cod. pom. *de G.* Cod. guelf. *de bidone,* vielleicht verschrieben anstatt *Guidone, comite.*

9) Cod. guelf. *postulante.*

10) Codd. guelf. et pom. *dignam iusticiam.*

11) Codd. sal. et guelf. *uestre.*

12) Cod. guelf. *et ex illius iniquitate.*

13) Diesen ganzen schluss nach *misereamini* hat die pommersfelder handschrift nicht mehr.

14) Dieses rubrum fehlt in der wolfenbüttler handschrift.

15) Cod. pom. *quare.*

16) Cod. pom. *sint.*

17) Cod. pom. *equalius.*

18) Cod. pom. *uiuentium.*

19) Cod. guelf. *facit et dimittit.*

intendens summam redigere, et in presentis uolumine opusculi conpilare: moderni usus et magistrorum qui meis temporibus egregie dictauerunt — maxime uenerabilis patris et domini Gernandi brandinburcgensis episcopi — sedulus inmitator. qui licet inter alia spiritus sancti dona concessa sibi diuinitus et sciencie gracias quibus eundem dominus decorauit adeo etiam [1]) huius facultatis sit inter nostros temporaneos elegantissimus, et perfectus quod calciamenti corrigiam eius soluere non sim dignus, ipsum tamen semper habere doctorem, ipsum me semper habere magistrum precipuum oportebit. esset enim post deum ex eius gracia, si quid scirem, collectum ex fracmentis et exemplaribus litterarum eius, que ex ipsius mense habundancia ad reficiendam famem mee inopie ceciderunt.

Licet enim euidentissimum sit et uerum, innumerabiles atque plures dictandi subtilitatem habere tam ab exercicio quam ab arte, ut tamen salua gracia omnium dixerim, minores quidam sunt in dono huius artis, illi maxime qui regulis illis antiquis et scolasticis eruditi moderni usus formas et regulas non secuntur. antiquorum siquidem regule multum discrepant a modernis, et sunt ita directe contrarie [2]) quod eorum aput modernos esset prosecucio uiciosa.

Et quia temeritatis esset et arrogancie indicium, si exilis et ualde insufficiens ingenii mei uena conceptum sermonem pro sue modulo paruitatis dirigeret ad perfectos: rudibus et erudicione indigentibus deseruiat meus labor, ut saltem si ex hiis que infra inuenerint micius ualeant erudiri habeant exinde materiam conferendi. et si in ipsa artis sciencia nichil dignum memorie repererint in hac summa, saltem ad usus obseruacionem et stili obseruanciam se conuertant, circa que duo mea intencio magis inuigilat et laborat. eruditoribus igitur et perfectis corrigendum, paribus et coetaneis discernendum, rudibus atque minoribus presens opusculum scribitur imitandum.

Est autem presentis opusculi talis modus, a curia domini pape et inperatoris consuetas litteras enarrare.

Distinguo per species. et in quibuslibet tractatibus si sint plures noto species specierum, hinc scribens et inmiscens quedam que sunt iuris, sine quibus quarundam litterarum noticia non habetur, secundum quod infra diligens inuenerit indagator.

1) Cod. *ut.* 2) Cod. *directe et contrarie.*

Digitized by Google

II.
Quid in arte dictandi requiratur.

Prepositi quidem operis intencio, sicut supercilium magistralis apicis non requirit, sic nimirum limam correctionis non reffutat a maioribus et peritis, plus affectans in cameris recitari quam in teatris coronari.

Infra scripta etenim artis abilitas, sicut plerisque liberalium arcium est cognita, sic ab eisdem artibus artis dignissime nomen trahit. habet enim a loica discernere uerum a falso. gramatice regulas penitus non excedit. rethorice eloquencie in omnibus modum seruat. et quasi ex his radicibus emergens surculus oportet ut radicum suarum formam reseruet pariter et saporem. requiritur enim modis omnibus et oportet, ut uera a falsis gramatice regulas non excedens rethorice eloquencie inmitator secernat et segreget dictaturus.

Set quoniam huius artis sciencia deseruit usui plus quam arti, si quid magistris disputabile uisum fuerit in hac summa, hoc racionis obice sint contenti, quod in tota eius serie moderni tantum usus fit mencio et non artis. et ob hoc me ad reddendum [1]) de singulis non obligo racionem, immo in formam discipuli superiorum examini et iudicio me conmitto.

III.
De arte et natura dictandi.

De natura artis dictandi pro paruitatis nostre modulo locuturi, in primis et inter prima uidetur dignissime premittendum, cuius persone qualitas esse possit apcior huic arti.

Et certe huius sciencie frequens exercicium summe requirit ingenium naturale. set uerum est, hoc humano non potest haberi exercicio uel labore. immo petendum est ab eo, qui est opifex naturarum, quique prout omnipotens uirtutes auget et minuit animales.

Item circa dictantem fides optineat primum locum, et maxime ut sciat et possit cohibere a multiloquio linguam suam tamquam fidelissimus in conmisso.

Exigitur etiam, et si non multam, aliquam tamen habeat scienciam litterarum, sitque intelligens et intencionis et materie [2]) sedulus obseruator.

Et hec et his similia quantum ad interiorem hominem habeat dictaturus, super hec omnia deum timens. spiritus enim sciencie effugiet fictum, et in peccatis subdito corpore non manebit.

1) Cod. *adretendum*. 2) Cod. *manere*.

Digitized by Google

Homo uero exterior dictatoris esse debet affabilis et iocundus, modo modesto interioris hominis habilitati exteriorem suum hominem gestu et habitu conparans et conformans.

De artis sciencia.

Ad discernendam ab aliis ueram artis dictandi scienciam, de qua hic fit mencio, sciri oportet quod dictaminum uarie sunt species et diuerse.

Antiqui etenim uersifice prosaice et rhitmice dictauerunt. de ritmis autem et uersibus nichil ad presens. prosa autem quantum ad id quod omne dictamen preter ritmum et uersum cum prosa locum habet. set huiusmodi differencias gramaticis relinquamus, illam de qua fit sermo dictandi sentenciam prosequentes.

IV.

De natura dictaminis.

De natura autem dictaminis in antiquis antiquorum exemplariis multa occurrunt, que certis regularum distincta non subiacent disciplinis, uelut in epistolis patet et in earum rescriptis, in quibus nec stilus nec ordo aliquis inuenitur.

Demum successiue ars dictandi quanto celebrior inoleuit, tanto consueuit forcius certis formis et regulis contineri.

Antiqui etenim quod moderni dicunt litteras epistolas appellabant. et faciebant huius epistole quinque partes: salutacionem, captacionem beniuolencie, narracionem, peticionem, et conclusionem. has quinque partes certis prosequi locis et ordinibus oportebat, multum uerborum suturis [1]) et sentenciarum falleris insistendo.

Cuius modi noticia, licet racioni nostre parum proficiat, prodest tamen, ut cum uideris quid uitandum consequenter tibi luçidius appareat quid esse debeat imitandum. in nullis enim omnino litteris modernis ordo seruatus antiquitus locum habet.

In quo autem maxime intendant et studeant dictatores moderni, aparet ex eo, quod „epistolarum" nomen in nomen „littere" mutauerunt. est enim littera secundum diffinicionem gramatici elementum quod in prolacione [2]) modicum est et figura.

Habes ergo epistolam mutatam in litteram. ex qua mutacione collige prolixitatem uitandam, et sequendam per omnia breuitatem, clare tamen et lucide, ut et breuitatis gracia nil obmittas de contingentibus, et ne ponas auditorem in ambiguo uel obscuro, tamquam dicens cum Oracio:

1) Cod. *sutis.* 2) Cod. *probacione.*

Digitized by Google

— breuis esse laboro,
obscurus fio.

Seruabis etiam in omnibus et per omnia v partes epistole supra dictas. set non eo modo quo antiquitus seruabantur. inmo notabis mittentis et recipientis personas, ne forte sequatur obscuritas, si minori maior blandiretur, et minor maiori forsitan minaretur, nisi forte materie qualitas et mittentis illud intencio contineret. notabis etiam negocii qualitatem. et summe curabis, ut mittentis intencio exprimatur.

Nec est curandum, si ordo in hiis partibus non seruatur, uidelicet ut salutacionem captacio beniuolencie subsequatur, et cetera, cum omnes iste partes duobus ad minus possint uersiculis contineri. salutacio enim sola premittitur. que non potest nec debet aliis inmisceri. alie autem quantum ad modernum usum inuicem adeo sunt conmunes quod se conpati bene possunt. in uno enim uersu captare beniuolenciam, narracionem ponere, peticionem exprimere, conclusionem subnectere bene potes, secundum quod infra scriptis exemplis plenius aparebit.

Nec esset absurdum, ut in magno negocio magnarum personarum he v partes per se et in ordine ponerentur. in cottidianis autem negociis, licet secundum ordinem et distinctionem uersuum non ponantur, debent tamen in ipso intellectu litterarum quantum permittat materia contineri.

V.

De stilo romano.

Precipua sit etiam industria dictaturo, ut stilum qui romanus dicitur teneat et obseruet, uidelicet ut in cuiuslibet oracionis fine [1]) in se sensum integrum contiñentis trissillaba dictio tetrasillabam antecedat. et idem erit, si trissillabam due dissillabe subsequentur.

Alias etiam proprietates stili eiusdem oportet in omnibus obseruari, uidelicet ut cum papa scribit cardinalibus atque archiepiscopis episcopis et aliis ecclesiarum prelatis, imperatoribus regibus ducibus marchionibus et aliis principibus, seruet circa omnes eum modum quem excedere non licebit. in salutacione maxime. uniuersalis est enim salutacio domini pape. scribit enim omnibus *salutem et apostolicam benedictionem*, preter quam exconmunicatis quibus scribit *spiritum consilii sanioris*, Judeis et hereticis *uiam agnoscere ueritatis*, secundum quod in tractatu de salutacione subsequente [2]) plenius poterit inueniri.

1) Cod. *sine.* 2) Nämlich in IX.

Digitized by Google

VI.

De differencia litterarum.

Quoniam autem diuerse sunt species litterarum, ad habei dam differenciam inter litteras et litteras, ut cognicio faciliu habeatur quid in quibus litteris ponendum fuerit aut caue dum, a litteris que dari a sede apostolica consueuerunt pri cipium facientes omnia litterarum genera per ordinem pr sequamur. [1])

De ordine et genere litterarum.

A sede apostolica dantur priuilegia, conmissiones, cit ciones, procuraciones, donatorie, petitorie, sentencie, conf maciones, appellaciones, executorie, dispensaciones, indulgenc exempciones, uisitaciones, inquisiciones, formate, obligator missiles. [2])

Et harum litterarum quedam sunt de iure, quedam gracia. de gracia, sicut priuilegia, indulgencie, dispensacion et hiis similia.

Omnes iste, sicut ipsis nominibus sunt diuerse, sic nu rum queuis istarum ab alia habet aliquid speciale.

Maioribus etiam prelatis tota fere conpetunt harum gen litterarum, uidelicet patriarchis, archiepiscopis, episcopis. forte quis uellet contendere, exempciones et dispensaciones debere sedi apostolice reseruari. quod et nos in genere c cedimus, licet possemus dicere in specie quod archiepisc et episcopis eximendi et dispensandi in suis subditis in ce casibus locus esset.

De specie aliarum litterarum.

Sunt et plura genera litterarum, sicut procuraciones, taciones, obligatorie, testimoniales que et formate uocan missiles que trahunt nomen a mittente eo quod recipi mittentis intencionem exprimant et exponant. et hec est m pars litterarum que ecclesiastice conpetunt dignitati.

Domino autem imperatori principaliter conpetit edicta condicio sanctionum hoc est legum. item priuilegiorum c et conmissionum et donacionum. missilium etiam, que omnibu genere sunt conmunes.

Adhuc sunt plura genera litterarum, uidelicet instrum publica, conscripciones actorum iudicii, conscripciones test et alia hiis similia. que omnia per manum publicam fieri sueuerunt. de quibus nichil ad propositum. et est racio talium in Alemannia non est usus.

1) Cod. *prosequantur.* 2) Cod. *missales.*

Digitized by Google

VII.

1) De priuilegiis uniuersis.

Sequitur uidere de priuilegiis. quorum sicut modus est alcior et difficilior, sic et nimirum et ulterius extendi et lucidius uult distingui.

Primo igitur uidendum quid sit priuilegium. priuilegium est priuata libertas preter ius conmune concessa a principe alicui ecclesie uel conuentui uel certe priuate persone. et dicitur priuilegium quasi lex priuata.

Priuilegiorum alia localia, alia personalia, alia perpetua, alia temporalia.

Personalia sunt, que alicui persone quoad uixerit conceduntur.

Localia, que alicui loco conmunitati uel ecclesie a principe conceduntur.

In personalibus requiritur et oportet ut nomen persone cui conceditur exprimatur. uerbi gracia ut: *concedimus dilecto principi nostro A magdeburgensi archiepiscopo comiciam romanam.*

In localibus autem, si scribatur ecclesie uel conmunitati, premittetur sine proprio nomine dignitas presidentis, [1]) ut: *concedimus dilecto principi nostro magdeburgensi archiepiscopo et ecclesie eius comiciam Romaniole,* [2]) uel *potestati* uel *conmunitati Florencie comiciam sibi adiacentem.*

Priuilegia perpetua sunt, que indiffinite ex principis beneplacito sortiri debent robur perpetue firmitatis. et talia priuilegia personalia esse non possunt. cessante enim causa cessat effectus. set localia tantum erunt. in hiis perpetuis priuilegiis est in principio premittendum: *In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Fridericus dei gracia* etc. *omnibus in perpetuum.* quod in personalibus priuilegiis non oportet. inmo dicetur: *Fridericus dei gracia Romanorum imperator dilecto principi suo magdeburgensi archiepiscopo graciam suam et omne bonum.*

Temporalia priuilegia sunt, quorum ualor uel firmitas certo temporis conprehendatur interuallo, uel certe principis beneplacito reseruatur. ista et localia et personalia esse possunt. et si erunt localia et personalia, ita dices: *In nomine sancte* etc. *Fridericus dei gracia* etc. *uniuersis presentem paginam inspecturis graciam suam et*

1) Cod. *premittentis.* 2) Cod. *com. Ro.*

Digitized by Google

omne bonum. notum esse uolumus, quod nos comiciam romanam dilecto principi nostro A magdeburgensi archiepiscopo et ecclesie ipsius concedimus, quo ad usque uixerit dictus archiepiscopus. uel *usque ad x* uel *xx annos,* uel *quamdiu fuerit de nostra uoluntate.*

Item priuilegia alia sunt specialia, alia generalia.

Specialia dicuntur illa, quando sermo dantis priuilegium salute premissa dirigitur ei cui datur, ut: *concedimus tibi, A magdeburgensis archiepiscope, talem locum* uel *huiusmodi libertatem.* in talibus nunquam ponendum est *in nomine sancte* etc.

Generalia sunt, que non sermonem ad personam recipientis beneficium referunt. [1]) inmo prima persona dantis, et recipientis secunda persona sequitur, ita dicens: *notum facimus, quod nos talem locum* uel *huiusmodi libertatem concedimus dilecto principi nostro magdeburgensi archiepiscopo et ecclesie eius.* et huiusmodi priuilegia pene semper esse perpetua consueuerunt. unde in ipsis est semper premittendum *in nomine sancte,* et si sunt perpetua *omnibus in perpetuum.*

Licet autem in priuilegiis quedam sint differencie, sicut breuiter est premissum, quantum tamen ad artem dictaminis omnium quasi eadem est natura.

Unde sciendum est inprimis, quod priuilegium secundum ethimoloyam sui nominis est lex priuata.

Et sunt omnia priuilegia stricti iuris. id est, quod nichil ex eorum intellectu haberi potest nisi quod in textu littere continetur, nec in eis argumentacio a maiori ad minus locum habet. uerbi gracia ut si habeas ex priuilegio quod infulam pontificalem portare possis, non sequitur ex eo quod per consequens habeas cirotecas.

Item notandum, quod oportet quod omne priuilegium iuri conmuni directe contrarium non existat. erit autem priuilegium aut secundum ius, aut preter ius. set nullatenus iuri contrarium esse potest. secundum ius, ut si alicui datur generalis causarum cognicio in sua prouincia uel diocesi quarum quedam forte ex iure conmuni sedi apostolice cederent audiende. preter ius, ut si alicui prelato ex priuilegio talia insignia conceduntur que ius conmune generaliter non permittit. quod autem priuilegium directe contra ius conmune possit dici, priuilegium non uidemus, excepta eorum auctoritate qui sunt in plenitudine potestatis. qui sicut iura habent [2]) in pectore, et

1) Cod. *referuntur.* 2) Cod. *qui licet iura habeant.*

Digitized by Google

sicut eorum est iurium condicio, sic nimirum eorundem iurium interpretacio pertinet ad eosdem.

Sunt et alia priuilegia generalia, sicut ecclesiastice libertates. utpote si seruus fuerit factus sacerdos, non potest redigi in seruitutem. et qui manus iniecerit in clericum, excommunicatus est ipso iure. emunitates etiam locorum religiosorum ecclesiarum et cimiteriorum. quorum sunt quedam personalia, quedam localia. localia ad loca, personalia referas ad personas. et dicitur in iure canon late sentencie. unde et *iuris* peritis ipsorum naturas et differencias relinquimus, ad propositum reuertentes.

Item priuilegii pape et imperatoris nota differencias.

Papa suis priuilegiis raro premittit *in nomine sancte*, set ita incipit: *Gregorius episcopus* etc. et in ipsius priuilegiis necessaria est cardinalium subscripcio. que non ponetur loco testium, set dicetur ita: *ego Renherus sancte Marie in Cosmedei diaconus cardinalis subscribo.* et sic de omnibus.

In priuilegiis autem imperatoris quasi semper premittitur *in nomine sancte.* et ibi principes et alii loco testium ponuntur. solus cancellarius subscribit ita: *ego S radisponensis episcopus imperialis aule cancellarius uice domini coloniensis archiepiscopi tocius Germanie archicancellarii recognoui.*

In aliis autem priuilegiis archiepiscoporum et episcoporum, ducum et principum laicorum, si sunt perpetua localia et generalia, priuilegio pulcre premittitur *in nomine sancte.* si autem temporalia personalia et specialia, [1]) si obmittatur, non peccatur. alie omnes differencie prenotate seruantur in talibus. hoc excepto quod in eis nec subscripcio nec recognicio locum habet, set tantum testium posicio. dicetur tamen in fine: *datum per manus talis notarii.*

Item nota, quod in omni priuilegio ponendus est annus incarnacionis, kalende.

In natura[2]) priuilegiorum pauca premisimus ad declarandum facilius hunc tractatum per partes et membra. formam eorundem diligencius prosequamur.

De forma priuilegii.

Forma priuilegii talis erit. salutacio premittetur secundum differencias notatas. dein [3]) sequitur arenga, si est arduum negocium. post arengam eius quod [4]) datur beneficii

1) Cod. *spiritualia.*
2) Cod. *ali* mit einem *a* über *n.*
3) Cod. *demum.*
4) Cod. *que.*

Digitized by Google

poni curialiter causa debet. dein [1]) ipsum beneficium plane et lucide uult exponi, ita ut nichil subaudicioni uel intellectui relinquatur. dein protestacio eius qui dat priuilegium. in fine, si tale est negocium, pena ponitur transgressorum. et sic testes etc.

Qualiter autem de salutacionibus sit cauendum, ex superioribus bene patet.

Salutacionem sequitur arenga. et est [2]) arenga concors et uerborum et sentenciarum posicio, [3]) auctoritate aliqua — si dictatori placuerit — inter serta. que ita premitti debet et in principio obtinere suum locum, ut a subsequente materia non solum non discrepet uel discordet, inmo per omnia sibi perficiat sensum eius. esset enim alias monstruosum, tamquam si

humano capiti ceruix iungatur equina.

Arenga premissa apte et curialiter, ponetur causa ipsius priuilegii uel beneficii quod conceditur uel donatur. uerbi gracia ut si aliqua ecclesia sedi apostolice consueuit esse de uocior, et ipsam dominus papa prerogatiua aliqua uult dotare expedit ut in priuilegio deuocionis eius faciat mencionem similiter et imperator, si ob seruicia aliqua facta ab aliqu dat priuilegium alicui, in ipso priuilegio eius seruicii memo erit. et sic deuocio et seruicium priuilegii uel beneficii causa eri

Sequitur ipsum beneficium. quod — siue sit special sicut auctoritas aliqua ab imperatore concessa; siue temporal sicut alicuius loci concessio uel donacio — ita uult enuclia distingui pariter et exponi, ut nichil subaudicioni relictu sit, [4]) uel intellectui reseruetur, inmo omnia plane dicant et plene, ne in plenitudine sit defectus, et in planicie ue borum non sit ambiguitas uel obscuritas. uerbi gracia ut papa daret alicui quod ex priuilegio possit absoluere eos q manus in clericos iniecerunt uiolentas, et tu per conseque uelles intelligere quod et eos posset absoluere qui uiolaueru emunitates ecclesie, non est uerum. item si imperator con deret alicui dignitatem aliquam cum omni iure, et tu ex i generalitate uelles intelligere quod ipsam posset alienare ipso uel uendere, non est uerum.

Sequitur eius protestacio qui dat priuilegium, premi causa beneficii uel ipso beneficio. que talis erit, quod pr stabitur se talem locum uel talem personam tali priuilegio

1) Cod. *demum.*
2) Cod. *et cum.*
3) Cod. *posita.*
4) Die handschrift hat *dcm* dem abkürzungszeichen über *est.*

Digitized by Google

tali libertate dotasse, et ut ad posteros noticia deuoluatur, possitque persona uel locus tali priuilegio si oportuerit se tueri.

Et oportet ut in protestacionibus mencio sit sigilli. si autem priuilegium sit sedis apostolice, non fiet sigilli mencio nominatim. statur [1]) enim subscripcioni cardinalis, et sufficit quod bulla fidem faciat oculatam. in priuilegio imperatoris, si fuerit bullatum bulla aurea, ista uerborum proprietas est seruanda: *presens priuilegium bulla aurea typario* [2]) *nostre maiestatis inpressa iussimus conmuniri.* item: *presentem diualem paginam* etc. si autem sigillo cereo sit utendum, idem cursus cum aliis aliorum principum priuilegiis, uidelicet: *presens priuilegium* uel *scriptum* uel *paginam sigillo nostro fecimus conmuniri.*

Sequitur autem uidere de pena. que licet non in omnibus in multis tamen priuilegiis locum habet. in priuilegiis pape tamquam spiritualibus spiritualis pena ponitur, et est idem per omnia modus eius, uidelicet: *si quis ausu temerario contra uenerit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.* imperatoris priuilegia quia dantur super temporalibus et terrenis, temporalis et materialis pena transgressoribus poni solet, uidelicet: *si quis huic contrarius fuerit* uel *se opposuerit nostre imperatorie uoluntati, penam c* uel *m librarum auri se nouerit incidisse, quarum medietas fisco nostro* uel *camere nostre cedet, et medietas iniuriam pacienti.* in priuilegiis aliorum ecclesiasticorum principum, licet consueuerint arbitrarie poni pene secundum quod [3]) exigit status rei, illa tamen preualuit et pre ceteris locum habet que sic dicit: *ne quis contra ueniat, sub anathematis interminacione districtius inhibemus.* principum autem laicorum priuilegia circa penas ponendas arbitraria sunt et ad placitum secundum quod requirit status negocii et qualitas personarum.

Sequitur testium subscripcio. de quibus alique differencie sunt premisse. inter quas etiam notabis et habere debes differencias personarum. uidelicet si clerici et laici sunt ponendi, pones clericos primo loco secundum differencias et ordines dignitatum, demum laicos. in quibus etiam dignitatum differencias non obmittes, ut ducem comiti anteponas. condicionis etiam ordinem obseruabis inter liberos dominos et [4]) ministeriales dominos, et uasallos liberos atque seruos.

Et hec de priuilegiis.

1) Cod. *notatur.*
2) Cod. *typarea.*
3) In der handschrift fehlt *quod.*
4) Cod. *ut.*

Digitized by Google

2) Tractatus de conmissionibus.

Premisso tractatu de priuilegiis consequenter de conmissionibus subiungamus.

Sciendum ergo, quod hoc nomen „conmissio" proprio uocabulo se exponit. dicitur enim a conmittendo. et est conmissio, quando auctoritas aliqua datur alicui inferiori [1]) a superiore que ex proprio non conpetit arbitrio potestatis.

Et quia in generibus litterarum superius expressarum inueniuntur plures littere, que ex sui natura conmissiones proprie dici possent, ut sunt executorie inquisiciones uisitaciones. ad earum differenciam nunc sciendum, quod de hiis solummodo conmissionibus habetur hic tractatus in quibus causarum cognicio a superiori inferioribus delegatur, aliarum litterarum tractatibus suo loco et tempore reseruatis.

Uidendum ergo inprimis, quis cui quid [2]) possit conmittere uel secundum iuris uocabulum delegare.

In spiritualibus domino pape [3]) patriarchis archiepiscopis et episcopis spiritualium causarum conmissio uel delegacio conpetit. et secundum quid etiam secularium, ut est in principibus archiepiscopis et episcopis [4]) Alemannie, qui utroque gladio sunt insignes, et tam spiritualia quam temporalia possunt conmittere, [5]) ita tamen quod [6]) eorum conmissio causam sanguinis non attingat. [7])

In secularibus et temporalibus dominus imperator, reges duces, marchiones, comites, et alii iudices seculares [8]) conmittunt causas suas subditis [9]) et delegant. set in nullo unquam casu ad spiritualia possunt extendere manus suas. [10])

Et est in eo quod plerique [11]) utriusque exercent iudicium potestatis, seculares autem certis suis et solis secularibus terminis sunt contenti. [10])

libertas ecclesiastica prestancior secularis ecclesiastici principes in suis subditis

extendunt manus suas ad utriusque iudicium potestatis.

manus suas possunt extendere ad utriusque iudicii potestatem.

1) In der handschrift fehlt *inferiori*.
2) Im baumg. werke fehlt *quid*.
3) Ludolf und die baumgartenb. summa: *dominus papa*.
4) Ludolf und die baumgartenb. summa: *archiepiscopi et episcopi*.
5) In Lud. A fehlt dieser satz. Lud. C: *quam laycalia uel temporalia*.
6) Ludolf und das baumgartenb. werk fügen bei: *directe*.
7) Baumgartenb. A: *admittat* [illegible] *attingat*.
8) Baumgartenb. A: *quam plures*
9) Cod. *sub dicione*.
10) Dieser absatz ist in baumgartenb. B ausgefallen.
11) Cod. *secularique plerique*.

Digitized by Google

Habemus ergo quis possit conmittere. unde subsequenter cui[1] facienda sit conmissio subiungamus.

Omnis conmissio a iudice suo [2]) est subdito [3]) facienda. que generalitas [4]) tam in spiritualibus quam in temporalibus locum habet. conmissio enim a non iudice suo facta nullam obtinet firmitatem.

Omne enim iudicium consistit in tribus, iudice actore et reo. et est summe necessarium ad hoc ut conmissio a superiore facta ualeat, quod due istarum parcium sint de prouincia siue diocesi uel territorio [5]) conmittentis, iudex uidelicet cui causa conmittitur, atque reus. de actore non requiritur unde sit, quia semper et ubique paratos decet principes inuenire iusticie defensores.

qui semper et ubique paratos debet inuenire iudices et iusticie defensores.

Uiso cui facienda sit conmissio, uideamus quid conmissio debeat continere.

Erit autem tenor conmissionis. inprimis querimonia iniurias pacientis. deinde [6]) mandatum, quod de ipsa iniuria cognoscatur, et si ita fuerit passo iniuriam satis fiat, aposita nichilominus coercione [7]) qua contumax stare iusticie conpellatur. nulla enim secundum iuris regulam est iurisdictio, que coercionem annexam non habeat. et ita coercio iurisdictioni annectitur, quod data iurisdictione etiam si littera non dicatur „coercio" nichilominus sit annexa.

Conmissionis forma siue tenor talis est. post salutacionem statim ponatur querimonia iniuriam

Et ita scito [8]) et habito, a quo cui qualis danda sit conmissio, in eius tractatu ulterius transeamus.

Uidendum igitur quot sint [9]) species conmissionum que nunc a curia cursum habent.

Et sciendum, quod conmissionum alie sunt simplices uel [10]) conmunes, alie legende.

---

1) Cod. *an.*
2) In Lud. A fehlt *suo.*
3) Cod. *subito.*
4) Das baumgartenb. werk: *quod generaliter.*
5) Ludolf: *istarum personarum sint de* (C: *de una*) *prouincia siue diocesi siue territorio.*
Das baumgartenb. werk: *due persone sint de prouincia siue de dyocesi persone.*
6) Cod. *demum.*
7) Ludolf: *et si ita fuerit pacienti iniuriam satisfiat. et tunc ponatur cohercio.*
Das baumgartenb. werk: *ita quod passo iniuriam satisfiat. et tunc apponetur cohercio.*
8) Cod. *cito.*
9) Cod. *quid sit.*
10) Ludolf und das baumgartenb. werk: *alie.*

Digitized by Google

Et dicuntur simplices uel conmunes eo, quod sine difficultate dentur, et simpliciter a iure conmuni[1]) earum ordo dependeat et processus. uerbi gracia: *Gregorius episcopus* etc. *dilecto in Christo fratri,* sicut multa inuenies.

Legende dicuntur a legendo, eo quod ipsas semper oporteat legi pape. quarum tenor talis erit: *Gregorius episcopus* etc. sicut infra inuenies.

De conmunibus et simplicibus[2]) hee sunt regule generales.

Dari possunt a notario uel cancellario, eo quod tantum contineant ius conmune.

Item in eis relinquitur arbitrio iudicum, discerni quam[3]) penam de tribus uelit infligere contumaci, ex eo quod si[4]) dicitur „per censuram ecclesiasticam,"[5]) intelligitur suspensio interdictum exconmunicacio.

In hiis relinquitur iudicis discreti arbitrio, quam penam velit infligere contumaci. vnam videlicet ex tribus. dum enim dicitur „per censuram ecclesiasticam," intelligitur interdictum exconmunicacio et suspensio.

Set cum arduum est negocium, legende sunt domino pape. et si non legantur ei, quasi per surrepcionem obtente non valent.

Item si[6]) dicitur in conmuni uel simplici: conqueritur talis de tali „et[7]) quibusdam aliis" quod[8]) iniuriantur eidem,[9]) racione huiusmodi generalitatis non potest multitudo uocari in iudicium. et si premittit querimoniam de laico, racione generalitatis conuenire clericum non potest. in causa criminali. in ciuili uel pecuniaria secus[10]) dicerem. et si petit aliquam pecunie quantitatem, item fundum, racione gene-

1) Die handschrift liest hier nur: *et similiter a iure.*
2) Cod. *spiritualibus.*
3) Cod. *quod.*
4) In der handschrift fehlt *si.*
5) Cod. *ecclesiam per quam.*
6) Ludolf: *sic.*
7) Lud. A: *talis de tali loco de.*
8) Ludolf: *qui.*
9) Ludolf hat *eidem etc.* damit hört auch sein tractat auf.
10) Cod. *ccus* mit übergeschriebenem *e* auf dem ersten *c* und einem schwänzchen abwärts an diesem *c.*

Digitized by Google

ralitatis qua dicitur „et rebus aliis“ non est uerisimile, [1]) quod possit petere decimas, uel ius patronatus alicuius ecclesie, uel aliud, quod primo rei expresse et petite non conpetat, set ei longe et specie et precio dispar sit et disiunctum.

De legendis [2]) hee sunt regule generales.

Oportet quod dentur de certa sciencia domini pape, et quod legantur eidem.

Item oportet quod de consensu parcium iudices eligantur, licet si aduersarius statutis temporibus expectat aduersarium, et illo non [3]) conparente optinet rescriptum, ualet.

Item requiritur in legendis, quod tota inpetrantis intencio in litteris exprimatur.

Item oportet quod dantur delegatis certi fines[4]) mandatorum, uidelicet ut dicatur in litteris: *si inueneritis ita esse, exconmunicate tales,* uel *suspendatis,* uel *ponatis in terram ipsorum ecclesiasticum interdictum et faciatis eisdem negari sepulturam mortuorum et baptisma paruulorum.* hos mandati fines excedere non licebit, nec interpretari alias quam interpretacio sensum dictat. alias enim appellacioni locus est, et ad delegantis iudicium causa redit.

Et hec de conmissionibus curie domini pape, quarum per omnia tenores et regule in ecclesiarum principum curiis sunt seruande.

Legati etiam sedis apostolice tempore et in finibus legacionis sue conmissiones dare consueuerunt, in quibus in omnibus et per omnia curie cursum reseruant.

Conmissiones autem que emanant a curia imperatoris, sicut sunt super temporalibus et materialibus, sic nimirum sibi conpetentibus penis et sentenciis constringuntur. et licet circa uarietatem personarum et circa diuersitates penarum dissonent [5]) et aliud inportent, inportata tamen circa curialitatem et obseruanciam stili eundem modum habere debent, et eisdem quantum ad [6]) naturam dictaminis regulis conprehendi. licet non sit opus, in imperatoris conmissionibus uel quibuslibet lit-

1) Cod. *ueristibile.*
2) Cod. *delegendas.*
3) In der handschrift fehlt *non.*
4) Cod. *fine.*
5) Cod. *sonent.*
6) In der handschrift fehlt *ad.*

Digitized by Google

teris secularibus multum inniti auctoritatibus scripturarum, quia certe in talibus stili obseruancia et prosecucio intencionis breuiter et simpliciter est laudanda, sciendum tamen, quod loco „censure[1]) ecclesie" dominus imperator in conmissionibus suis „sub obtentu gracie sue" et „sub pena proscripcionis et fame et retencione bonorum" scribere consueuit, secundum quod infra scriptis plenius aparebit.

Uideat igitur diligens notarius et attendat, ne – dominis[2]) circa ardua negocia prepeditis – ipse det conmissiones aliquas, que non ualeant ipso iure.

Unde si sit archiepiscopus, et petatur conmissio, dantur iudices in ipsa diocesi, et in casibus in prouincia. et sunt casus, si forte aliquis suffraganeus sit negligens, uel absens, uel si ad ipsum fuerit appellatum. si fuerit episcopus, dantur iudices in diocesi.

Si simplex uel conmunis petatur conmissio, non oportet quod petentis aduersarius expectetur. set si legende, umquam conmode fieri potest.

Justum est pariter et honestum, ut sicut predictum est de conmuni consensu parcium iudices eligantur.

Item adhibenda est caucio uel cautela, ne contineat expressum errorem conmissio, et quod in ipsa non sit falsa sentencia[3]) uel littera.

Requiritur etiam in omni conmissione, quod datum et annus pontificatus apponatur.

Et hec de conmissionibus.

3) Tractatus de citacionibus.

Sequitur uidere de citacionibus. que sicut et conmissio proprio uocabulo se exponunt. dicitur enim citacio a citando, hoc est a uocando. et est scitacio, quando iudices delegati[4]) ad instanciam actoris reo scripserint ut coram ipsis conpareat, prefixo sibi **iudices ad instanciam actoris *prosequendam* reo scribunt ut coram eis conpareat, prefixo sibi termino competenti coram eis iudicio[5]) parituro.[6])**

1) Cod. *es* mit einem übergeschriebenen *n*.
2) Cod. *attendat nos onis*.
3) Cod. *gracia*.
4) Cod. *iudex delegatus*.
5) Lud. C: *in iudicio*.
6) Die baumgartenb. summa: *competenti quo pareat iudicio coram eis*.

Digitized by Google

termino conpetenti coram ipsis iudicio pariturus.

Et sciendum, quod scitacionum alia prima, alia secunda, alia peremptoria.

Judices etiam ordinarii scitare suos subditos consueuerunt. quorum scitaciones alie arbitrarie, alie sinodales.

In scitacione iudicum delegatorum prima[1]) requiritur de sollempnitate iuris, ut ad minus xv dierum[2]) inducie dentur reo. in secunda similiter. que due per terciam id est peremptoriam concluduntur. parum autem uel nichil refert, utrum hec trina scitacio uni et eidem littere inseratur totaliter, ita tamen ut secundum qualitatem negocii et temporis largiores inducie concedantur. hec breuiores et longiores inducie dentur reo.

De scitacionibus que proueniunt a sede apostolica certos induciarum terminos instituere, non est nostrum. hoc enim ponere legem legi, uel constringere lege legem. dominus enim papa est lex uiua in terris, et aput ipsum plenitudo residet potestatis.

Et certe hodie secundum noua iura uerum est, et ita seruat et obtinuit consuetudo, quod omnes inducie — tam citacionum in iudicium, quam deliberatorie[3]) in iudiciis — et arbitrarie sunt, et secundum negocii qualitatem et locorum distanciam discreti iudicis arbitrio taliter moderande, ut nec earum breuitas reum[4]) de iure prouocet ut appellet, nec earum prolixitas actorem inducat ut suspectum habere ualeat delegatum.[5]) ualebit enim appellacio, si reus appellauerit ex breuitate scitacionis senciens se grauatum. item si ipsa[6]) scitacio sine causa[7]) racionabili protrahatur, actor non inmerito suspectum habere poterit delegatum.

Ordinariorum autem iudicum scitaciones arbitrarie pro ipsorum bene- Ordinariorum autem iudicum citaciones alie sunt arbitrarie, alie synodales. arbitrarie sunt, que ipsorum uoluntate breuiari poterunt et extendi. synodales sunt que ad synodos extenduntur.

1) Cod. *primo.*
2) Lud. C: *xliii dierum.* Die baumg. summa: *xx dierum.*
3) Cod. *deberatore.*
4) Cod. *rerum.*
5) Lud. C: *delegantem.*
6) Cod. *item supra.*
7) Cod. *cura.*

Digitized by Google

placito breuiari poterunt et extendi. sinodales sunt, que de synodo ad synodos extenduntur.

Citacio uero iudicis delegati certam debet habere formam et regulam, [1]) quam excedere non licebit. inseritur enim ei rescriptum autentici [2]) de uerbo ad uerbum, subiuncto postmodum mandato [3]) ipsorum iudicum, in quo et locus et dies apertissime uideatur.

Hoc semper caueto, quod si peremptoria debet esse citacio, uocabulum peremptorii nullatenus neglegatur. alias enim scitacio non poterit peremptoria iudicari, quantumcunque longas inducias contineret.

Aliarum scitacionum per omnia est simplex modus, secundum quod infra scriptis exemplis plenius apparebit.

4) Tractatus de procuracionibus.

Et quoniam citati ad iudicem quandoque per se quandoque per procuratores conparere solent, de procuratoribus recto uidetur ordine subiungendum.

Ad hoc sciendum, quod secundum id quod aliquis est datus uel constitutus procurator littere procuratorie sunt formande. et sunt littere procuratorie, in quibus et per quas aliquis probat se sibi assumpsisse causam alterius procurandam.

Instituitur autem procurator multis modis. est enim aliquis procurator in solidum uel in totum, alius ad petendas inducias, alius ad allegandam inpotenciam ueniendi, uel ad excepcionem peremptoriam proponendam.

proponendum exceptionem dilatoriam [4]) *contra citacionem peremptoriam racione messium vel vindemiarum.*

Statuitur etiam procurator ad inpetrandum, ad contradicendum, [5]) ad appellandum, et ad iudices eligendos.

---

1) Das baumgartenb. werk: *habere racionem regulam atque formam.*
2) Das bamgartenb. werk: *enim autenticum.*
3) Cod. *moderato.*
4) Lud. B: *dilatoriam. alia correctoria.*
5) Cod. *contradictum.*

Digitized by Google

Item statuitur procurator uniuersitatis uel collegii uel alicuius conmunis. [1]) qui in iure sindicus appellatur.

Sunt autem quedam persone, que sine mandato aliorum possunt negocia procurare, et uocantur in iure coniuncte, ut pater filii, et filius patris, frater fratris. que cum litteris et sine litteris admittuntur.

Et secundum hanc diuersitatem procuratorum littere procuratorie cum diligencia sunt formande.

Procurator in solidum et in totum est is quem quis in una causa [2]) procuratorem constituit ad litigandum. hoc enim uerbum litis [3]) totum inportat. et

talem procuratorem satis dare oportet iudicatum solui. alias nec admittitur nec auditur. cuius exemplum infra.

talem procuratorem oportet per omnia [4])stare coram iudicibus. alias nec auditur uel admittitur.

talis procurator debet per omnia stare coram iudicibus. alias nec admittitur nec auditur. item decet eum cauere per omnia quod stet iudicio eorum, id est oportet eum prestare constanciam standi in iudicio.

Procurator est ad allegandum inpotenciam ueniendi uel ad excepciones peremptorias proponendas, qui super hiis solum mandatum habet. et in aliis non auditur.

Item procurator ad appellandum, contradicendum, et ad iudices eligendos est is qui hec tria uel quod licet istorum habet expressum certo modo. exempla infra.

Procurator uniuersitatis, qui et syndicus appellatur, qui uniuersitatis negocia procuranda sumit in genere, et in ipsius nomine uniuersitas condempnatur.

Item conmittitur quibusdam generalis causarum procuracio, sicut procuratoribus principum qui sunt in curia pape. qui scilicet in quolibet emergente negocio litigare excipere contradicere et iudices eligere possunt, dummodo mandatum ostendant, et sint [5]) alias ydonei, ita ut non

1) Lud. A und B: *uel collegii alicuius communitatis.* C: *uel collegii alicuius.* Die baumgartenb. summa: *ut* (B: *ac*) *collegii alicuius conuentus.*

2) Lud. A: *in aliqua parte.*

3) Ludolf und das baumgartenb. werk: *litigare.*

4) Lud. C: *oportet totum.*

5) Cod. *secundum.*

Digitized by Google

possint excepcione uel replicacione aliqua remoueri.

Summa autem quia scitatus ad iudicem et credens procuratore se tutum per procuratorem litteris minus sufficientibus munitum ac [1]) si non apparuerit

in procuratoriis caucio est habenda, *quia si citatus ad iudicium se credit procuratore* [2]) *tutum et per procuratorem in litteris minus sufficientibus munitum* [3]) *conparuerit,*

item si citatus non per se set per procuratorem minus sufficientibus litteris munitum venerit [4]) *vel apparuerit,*

contumax iudicatur. [5]) idem [6]) enim est de rigore iuris, per minus munitum procuratorem quam per neminem conparere.

Sciendum est, quod in procuratoriis litteris ubi coram papa uel coram iudicibus ordinariis seu delegatis statuitur procurator a principe uel aliquolibet alio, semper dirigenda est salutacio uel ad papam uel ad iudices. si autem uniuersitatis procurator uel syndicus detur, generalis erit salutacio: *omnibus litteras* [7]) *inspecturis.*

Et hoc de procuratoriis.

5) Tractatus de donatoriis.

Sequitur uidere de donatoriis. et sciendum quod iste proprio uocabulo se exponunt. dicuntur enim a dono, quasi donate hoc est dono date, eo quod contineant gracie plus quam iuris.

Sunt autem donatorie, in quibus et per quas dominus papa uel alius iudex ordinarius episcopatum uel aliam ecclesiasticam dignitatem seu etiam prebendam alicuius ecclesie, cuius ad eos est donacio deuoluta,

Item dicuntur donatorie, in quibus et per quas dominus papa uel alius iudex ordinarius episcopatum uel aliam ecclesiasticam dignitatem alicuius beneficii, cuius donacio ad eum deuoluta est, donat alicui de gracia speciali.

1) In der handschrift fehlt *ac.*
2) Lud. B: *procurare.* Lud. C: *procuratorie.*
3) In A fehlt *munitum.* C: *in munitum.*
4) A: *munitus uenerit.* B: *inuentus fuerit.*
5) Lud. B: *contumax ire putatur*
6) Cod. *item.*
7) Cod. *litteris.*

Digitized by Google

donant alicui de gracia speciali.

Deuoluitur autem ad superiorem dignitatum seu prebendarum donacio multis modis, uidelicet si infra tempus statutum a canone non eligant hii quorum est eligere, uel si patronus ad ecclesiam infra certum tempus personam ydoneam non presentet, uel si indignus uel minus ydoneus eligitur uel presentatur, uel si discordat capitulum et sunt eque partes. [1]

Deuoluitur autem ius donacionis ad superiorem secundum ius canonicum, si videlicet secundum tempus debitum non eligitur quis, uel si minus ydoneus eligitur uel presentatur, uel si discordat capitulum partibus existentibus vtrobique.

Hiis et aliis modis ad [2] superiorem deuoluitur donacio. que quia directe ad propositum non faciunt, obmittamus.

Sunt autem donatoriarum [3] due species, condicionalis *videlicet* et mera.

Condicionalis est, ubi papa uel alius iudex ordinarius non est certus, utrum ad eum [4] donacio sit deuoluta, set ex relacione impetrantis scribit: si ita est. et in hiis probacionibus impetrans honeratur. exemplum infra.

nisi ex relacione impetrantis. scribit autem: si ita est. et in hiis probacione onerabitur inpetrans. exemplum est infra.

nisi ex relacione impetrantis. et tunc scribit: si ita est. set in hoc casu probacioni instatur [5] *impetrantis.*

Mera, ubi certus est dominus papa uel alius iudex ordinarius, forte ex rei euidencia, forte ex confessione capituli, uel aliis ueris [6] assercionibus, tanto tempore uacasse beneficium quod ei conpetat [7] eius donacio. ubi illa condicio *si ita est* locum non habet. exemplum infra.

---

1) Cod. *pares.*
2) Cod. *a.*
3) Cod. *donatoriorum.*
4) Das baumgartenb. werk setzt bei: *vel ad alium.*
5) A: *non statur.* B: *non instatur.*
6) Das baumgartenb. werk hat: *vel aliorum ydoneorum virorum.*
7) Eben dasselbe: *ei ex tunc competere inceperit.*

Digitized by Google

Sciendum etiam, quod in hiis litteris quedam condicio poni solet — quod raro uel nunquam obmittitur, nisi forte ex specialissima gracia hoc contingat — ista scilicet: si aliud non obsistat, uel: si alias ydoneus reperitur.

Sciendum autem, quod in talibus litteris frequenter ponitur condicio, nisi ex gracia dimittatur. est autem condicio talis que poni solet: si aliud canonicum non obsistat, aut: si alias ydoneus reperitur.

Harum altera condicionum raro uel nunquam obmittitur, nisi esset quod papa scriberet pro aliquo suo collaterali cui sua nota esset conuersacio, uel pro quolibet alio cui uellet facere graciam specialem. alias tam in condicionali quam in mera altera illarum nullatenus uult obmitti.

De donatoriis autem hec erit regula generalis. papa uel alius iudex ordinarius scribet ecclesie uel capitulo modo salutacionis consueto. et conmendacioni [1] persone cui confertur beneficium insistens, causam mouentem nichilominus allegabit, quid uidelicet eum [2] mouerit uel induxerit ad tale beneficium tali persone conferendum. demum cum ammonicione [3] simplex mandatum, quod talis ad tale beneficium assumatur, [4] iuxta quod in subscriptis exemplis plenius apparebit. [5]

Et hec de donatoriis.

6) De litteris petitoriis. [6]

Sequitur uidere de petitoriis. que sicut alie proprio uocabulo se exponunt. dicuntur enim a petendo. et sicut donatorie iuri plus quam gracie, sic petitorie innituntur gracie plus quam iuri.

Habeant autem locum petitorie, sic ubi forte uacat prelatura uel stipendium, et per interuentum pape uel principis

1) Cod. *conmendaciones.*
2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *que uidelicet causa.*
3) Lud. B: *admotione.*
4) Lud. B: *talis tale beneficium sumat*
5) Dieses schlusssätzchen fehlt im baumgartenb. werke.
6) Die berücksichtigung Ludolfs und der baumgartenberger summa ist hier nur eine ganz allgemeine, daher sie besonders zu vergleichen.

Digitized by Google

intendit aliquis promoueri. Et hec est una species, de qua loquitur hic tractatus.

Alia species est, si papa uel alius princeps ecclesiasticus structuram alicuius monasterii uel pontis uel alicuius loci religiosi suis uult litteris suffragari.

In prima specie petitoriarum sciendum, quod quasi ad modum donatoriarum fere per omnia formam habent. debet enim continere conmendacionem persone [1]) pro qua petitur, causam mouentem quare petatur, sine interminacione aliqua uel mandato, quia sicut dictum est gracie nititur plus quam iuri. exemplum infra.

In secunda specie sciendum, quod petitoriarum certa est forma et expressa in concilio generali. et incipit: *quoniam*,[2]) *ut ait apostolus*, etc. quam excedere non est licitum, nec est consuetum propter prohibicionem eiusdem constitucionis. et est factum propter diuersitatem et uarietatem petitorum, qui falsas quandoque litteras exhibebant. unde placuit, ut una et eadem forma esset omnium litterarum. exemplum infra.

Domino imperatori et principibus secularibus petitoriarum usus est assiduus et conmunis. et debent ipsorum [3]) littere secundum qualitatem et quantitatem prelature stipendii uel alterius cuiuslibet rei et secundum qualitatem et condicionem et meritum persone pro qua petitur a discreto notario formari et instrui. exemplum infra.

Et hec de petitoriis.

7) De sentenciis rubrica.

Premissis tractatibus de litteris que sunt quasi preparatorie iudiciorum, consequenter tractatus de litteris subiungamus que sunt necessarie post lites cognitas et decisas.

Sicut enim conmissionem scitacio, scitacionem cause cognicio, sic cause cognicionem sentencia sequitur et concludit absoluens et condempnans.

Et idcirco de sentenciis uidetur iusto ordine nunc uidendum. que licet ad artem dictaminis parum et directe non faciat, cognicio tamen eius utilis est et bona. et is qui de quolibet eo quod scribitur et dictatur uel partem non nouerit, perfectus notarius [4]) non uidetur.

1) Cod. *papa*.
2) Cod. *expressa et incipit in concilio generali. quoniam*.
3) Cod. *dicunt? ipsarum*.
4) Die handschrift hat *not* mit einem *o* über dem *t*.

Digitized by Google

Uidendum ergo de sentenciis, quarum tot sunt diuersitates quot iudicum.

Judices enim sunt alii ordinarii, alii legati, alii delegati, alii subdelegati, alii arbitrarii.

Caput ordinariorum iudicum est papa. principes[1]) ecclesiastici membra eius.

Legati uocantur hii qui ad aliquam prouinciam [2]) diriguntur a latere pape. [3]) quibus papa iurisdictionis terminos pro suo beneplacito [4]) minuit et augmentat. [5])

Delegati uocantur hii quibus a papa uel ab alio *quocunque* iudice *uel a principe* ecclesiastico[6]) *et ordinario* datur conmissio, ut de *iudicio uel de* causa aliqua cognoscant, et ipsam terminent et decidant.

Et contingit quod tales delegati causam sibi conmissam subdelegant: et tales iudices uocantur subdelegati.

Arbitrarii sunt qui ex aprobacione parcium et consensu negocium aliquod sibi terminandum assumunt, accepta securitate a partibus quod sue ordinacioni stent [7]) uel penam incidant qua idem arbitrium est uallatum.

Et hoc in ecclesiasticis. in secularibus causis sentencie raro scribuntur, nisi forte esset in causa possessionis uel proprietatis uel certe condicionis et talium que causam sanguinis non attingunt. statur enim in Allemania consuetudini plus quam legi, que et auorum [8]) abprobacione et obseruacione iam longeua legum obtinuit firmitatem.

Secundum hanc diuersitatem iudicum [9]) diuerse sentencie sunt formande.

Omnis sentencia in causis ecclesiasticis quantum ad iudices ordinarios legatos et delegatos et etiam subdelegatos aut est interlocutoria aut diffinitiua.

Interlocutoria est sentencia, que fit super [10]) aliquo emergente negocio uel [11]) super aliqua excepcione proposita [12]) in iudicio.

---

1) Cod. *principe.*
2) Lud. C: *aliquam causam uel prouinciam.*
3) Baumgartenb. A: *a domino papa, hoc est a latere eiusdem.*
4) Cod *beneficio.*
5) In Baumgartenb. B schliesst der satz mit *diriguntur.*
6) Lud. B und C: *a papa uel ab aliquo ecclesiastico iudice.*
7) Das baumgartenb. work: *stare non denegent.*
8) Cod. *que etiam orum.*
9) Cod. *uidere.*
10) Cod. *semper.*
11) Lud. C: *uidelicet.*
12) Lud. A: *opposita.* B und C: *apposita.*

Digitized by Google

Diffinitiua est, que fit super ipso negocio principali, per quam uidelicet reus absoluitur uel dampnatur.

Est etiam aliud genus sentencie. uidelicet cum quis uocatus ad iudicem legitime [1] non paret, et contumax iudicatur, fertur in eum exconmunicacionis [2] sentencia. uel si causa possessionis uel proprietatis secundum leges fertur sentencia pro actore, et mittitur in possessionem eius rei quam petit. et uocatur talis possessio tedialis, ut tedio affectus reus actori ueniat responsurus. hec genera sententiarum nec diffinitiue nec interlocutorie dici possunt, quia negocium non diffiniunt, nec inter duarum parcium locucionem a iudice sunt prolate.

Sentencias domini pape sicut et alios [3] processus eius certis regulis constringere non oportet, cum ipse de plenitudine potestatis prodeant pocius quam de iure. consueuit tamen dominus papa seruare in sentenciis istos modos.

Si sine scripto — sicut quandoque contingit presentibus partibus — a papa fertur sentencia, incipit pape narracio a conmendacione persone eius que est per ipsius sentenciam condempnata, [5] conmendans ipsam de prosecucione [6] iuris sui. et exinde transfertur [7] etiam ad conmendacionem eius persone pro qua sentencia est ferenda. in fine concludit, rem de qua agitur adiudicans uni parti. [8]

Si autem sentencia domini pape sine scripto ferenda est, quod contingit cum partibus presentibus [4] a papa fertur sentencia,

Si autem in scriptis ferenda est sentencia, quod contingit una parte absente, modus sentencie talis erit. scribatur capitulo uel metropolitano uel diocesiano, salutacionis ordine premisso. et succincte *sev breuiter* merita cause narrabuntur. et sicut in causa processum est allegabitur hinc inde. [9] in fine condempnacionem siue absolucionem littere continebunt, ita semper quod si sentencia est diffinitiua [10] hoc uerbum *sententen-*

---

1) Cod. *uocatur ad iudicem legatie* mit dem abkürzungsstriche über *ie*.
2) Cod. *conmunis*.
3) Cod. *alius*.
4) Die baumgartenb. summa hat: *absentibus*.
5) Cod. *conmendata*. Ludolf und Baumgartenb. A: *condempnanda*. Baumg. B: *conmendanda*.
6) Ludolf: *persecucione*.
7) Ludolf und die baumgartenb. summa: *transfert se*.
8) Ludolf und die baumgartenb. summa: *uni personarum*.
9) Ludolf und das baumgartenb. werk: *hinc et inde*.
10) In der handschrift fehlt *si sentencia est diffinitiua*.

Digitized by Google

ciando dicimus, uel si est interlocutoria *interloquendo dicimus*, nullatenus negligatur. et si arduum sit negocium, apponatur[1] *de fratrum consilio*. exemplum est infra.

apponetur ei sentencie: scilicet de maturo fratrum nostrorum consilio.

Legatorum domini pape sentencie cursui romane curie[2] per omnia[3] solent esse conformes.

Aliorum iudicum ordinariorum sentencie, si in negocio quod agitur directe ordine iudiciario sit processum,[4] uidelicet si precessit citacio, litis contestacio, testium recepcio, in scriptis omnes sunt ferende.[5] in factis autem notoriis[6] — utpote in delictis furtis maleficiis — non requiritur scripti[7] sollempnitas, set sufficit ut a iudice uerbotenus proferatur.[8]

Delegatorum autem iudicum sentencie, si sint interlocutorie, habeant istum modum. scribantur nomina iudicum et dicatur: *a sede apostolica delegati*, uel *a tali archiepiscopo* uel *episcopo*. deinde ponatur excepcio. postea replicacio. demum excepcionis[9] uel replicacionis admissio uel repulsio. exemplum infra. si sit diffinitiua *sentencia eorundem iudicum*, talis erit modus eius. premittetur: *in nomine patris et filii et spiritus sancti*. postmodum nomina iudicum. deinde dicetur in ipsa sentencia, quod plene inuestigauerint et uiderint[10] cause meritum, et eis de ipso *processu* ueris probacionibus plene constet. sicque sequitur absolucio uel condempnacio, ita quod hoc uerbum „interloquendo" in interlocutoria et „sentenciando" in diffinitiua nullatenus negligatur.

Arbitrariorum iudicum sentencie habeant istum modum. premittetur: *in nomine patris et filii et spiritus sancti*. deinde ipsi arbitri nominentur. et narretur[11] quales super quali discordent negocio, et in qua forma et sub qua pena in ipsos arbitros sit consensum.[12] sicque ad condempnacionem uel absolucionem uel certe ad parificacionem[13] uel conmutacionem[14]

---

1) Cod. *exponatur*.
2) Die baumgartenb. summa: *sentencie romane curie predicte*.
3) Lud. A: *predicte*.
4) Cod. *expressum*.
5) Cod. *scriptis omnium*.
6) Cod. *notariis*.
7) Cod. *scriptis*.
8) Ludolf: *uerbo* (C: *uerba*) *sentencie proferantur*. Das baumgart. werk: *verbo proferantur*.
9) Cod. *exempcionis*.
10) Ludolf und die baumgartenb. summa: *didicerint*.
11) Cod. *narrentur si*.
12) Lud. A und C: *promissum*. B: *conpromissum*.
Die baumgartenb. summa: *conmissum*.
13) Ludolf: *pacificacionem*.
14) Die baumgartenb. summa hat blos: *absolucionem per conmutacionem*.

Digitized by Google

eius rei de qua agitur et personarum agencium descendant.[1] arbitrorum enim sentencie non semper ad condempnacionem uel absolucionem inferunt. immo quandoque parificacione conmutacione uel conposicione amicabili sunt contente. et tales sentencias tantum metu pene [2] expresse in arbitrio partes seruant. et si una parcium arbitrium non seruaret, non propter hoc — licet penam incidat — causam perdet, nisi forte se sub cause periculo sit conpromissum. et ubi in diffinitiuis „sentenciando", in hiis arbitrorum sentenciis ponitur „arbitrando". exemplum infra.

De sentenciis ergo hee sunt regule generales. non requiritur quod omnis sentencia fiat in scriptis. tamen si in scriptis sentencie fiunt,[3] bene tenent. quedam tamen ita fieri uolunt in scriptis, quod si sine scriptis ferantur robur non obtinent firmitatis, ut sunt diffinitiue, interlocutorie, et arbitrarie.

Item requiritur de sollempnitate, ut iudice sedente sentencia proferatur, et in loco decenti, et non in die feriato, et hiis similia. que quia artem dictaminis parum spectant, censuimus obmittenda.

In omni autem sentencia pulcre premittitur: *in nomine patris et filii et spiritus sancti*, iuxta illud apostoli: omnia in nomine domini facite.

Et hec de sentenciis.

8) De litteris confirmacionis.

Et quia sentenciam ad robur euidencius firmitatis confirmacio sequi solet,[4] consequenter de confirmacionibus uideamus.

Est autem confirmacio, quando papa uel alius iudex ecclesiasticus sentenciam uel factum sui iudicis confirmat, et idem asserit se habere.

se ratum habere suis litteris asserit et confirmat.

---

1) Hier schliessen Ludolf und die baumgart. summa. Ersterer bemerkt: *et hoc intelligo* (C: *intellige*) *de sentencia arbitraria. exemplum est infra.* Die letztere dagegen: *et hoc intelligatur de sentencia arbitraria.*

2) Cod. *pone.*

3) Cod. *fuerint.*

4) Ludolf und die baumgartenb. summa: *quia euidencius sentenciam* (Lud. B und C: *ad sentenciam.* die baumgartenb. summa: *ad sentencias*) *sequi solet robur firmitatis.*

Digitized by Google

Confirmacionum autem alia simplex, alia condicionalis, alia mera.

Simplex est illa, que nichil continet de materia uel processu eius rei uel [1]) sentencie que est confirmanda, set simpliciter dicendo ita: *factum talis prelati* uel *legati* — siue *sentenciam* — *confirmamus.* [2])

Condicionalis est que continet pro parte materiam uel processum rei confirmande, ubi uidelicet instructus est papa uel alius iudex ex narracione [3]) uel suggestione unius partis de processu negocii, nec tamen ita plene constat iudici quin in confirmacionis fine [4]) ita dicat: *sicut iuste et racionabiliter factum est* — uel *lata est sentencia* — *confirmamus.*

Mera est, ubi pape uel alteri iudici plene constat de facto. et tunc cessat omnis condicio. set ita dicitur, si est pape confirmacio: *auctoritate dei omnipotentis et apostolorum eius Petri et Pauli factum tale* — uel *talem sentenciam* — *confirmamus.* et si est alius iudex ecclesiasticus, dicetur: *auctoritate nobis a deo concessa.* si autem sit legatus uel delegatus, dicetur: *auctoritate* [5]) *qua fungimur.* exemplum infra.

Et hec de confirmacionibus.

9) Tractatus de appellacionibus.

Et sicut confirmacio facit esse *vtilem* sententiam et ualere, sic appellacio intercipit actum eius, et ipsam in rem transire non patitur iudicatam. unde de appellacionibus uideamus.

Appellacio secundum diffinicionem iuris est ad superiorem prouocacio.

Et uult fieri appellacio plerumque ante sententiam. quandoque tamen facta post sententiam tenet. [6])

quia [7]) **post sententiam facta tenet** [6]) **quandoque, expressius uideamus.** [8])

si enim agitur ciuiliter, appellacione etiam post posita sentencia relaxatur, dummodo **appellacio** sit legitima et ex causa. si autem **agitur** criminaliter, oportet ut sentenciam preueniat appellacio. alias non auditur appellans.

1) Ludolf: *materia rei uel de processu rei uel.*
Das baumgartenb. werk: *materia rei uel processu.*

2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *factum talis capituli, uel talis prelati sentenciam confirmamus.*

3) Cod. *racione.*

4) Ludolf und das baumgartenb. werk: *sentencia.*

5) Von *nobis* an bis hieher steht bei Ludolf und im baumg. werke nicht.

6) A: *teneat.* C: *factam uim tenet.*

7) B: *quia tamen.*

8) B: *distigwamus.* C: *et hic expressius distinguemus.*

Digitized by Google

Et hec, quia parum faciunt ad propositum, licet eorum noticia sit utilis, obmittamus: qualis appellacionis forma esse debeat subiungentes.

Ad hoc sciendum, quod omnis appellacio gradatim fieri debet, uidelicet a plebano *si est necessarium* ad archidiaconum, ab archidiacono ad [1]) episcopum, ab episcopo ad archiepiscopum, ab archiepiscopo ad papam. nisi forte in casibus saltus fiat, ut si forte aliquis iudicum medius inter plebanum et[2]) papam suspensus fuerit uel interdictus uel exconmunicatus, uel forte[3]) negligens uel insufficiens fuerit. et tunc is qui talis est obmitti potest, et ad alium appellari.

Item omnis appellacio fieri debet ex causa, uidelicet ex suspicione uel manifesto grauamine. et ubi propter suspicionem appellatur, non sufficit solummodo allegari suspicionem, nisi etiam causa suspicionis manifeste probetur et [4]) sufficienter. item non sufficit allegari grauamen, nisi id per ius[5]) uel per facti euidenciam plene constet.

Coram iudicibus *etiam*[6]) delegatis si fuerit appellandum, ad delegantem [7]) appellabitur. tamen est quorundam opinio, quod in iudicio delegatorum appellacio et facta [8]) per saltum ad papam ualeat, et ei — si est alias legitima [9]) — sit deffe-rendum.

De appellacionibus autem sunt regule generales. omnis appellacio fiat in scriptis.[10]) et in primis ponat appellans nomen suum. deinde nomen uel nomina illorum [11]) a quibus [12]) appellatur. deinde causam grauaminis, quod non sufficit dicere in genere, immo specificari oportet. postea subiungit: appello[13]) ad talem [14]) uel talem iudicem, uel *specialiter ad dominum* papam. infert etiam in fine, quod ponit se et sua sub protectione eius ad quem appellat. et si appellatur ad terminum, in appellacione [15]) terminus poni debet.

Item si appelletur a iudicibus

Item sciendum, si appellatur de iudicibus delegatis, forma appellacionis erit ab ali-

1) Lud. B: *a plebano ad.*
2) In der handschrift ist *plebanum et* ausgefallen.
3) Ludolf: *certe.*
4) In der handschrift ist *manifeste probetur et* ausgefallen.
5) Lud. B: *iuris.*
6) Cod. *et delegatis.*
7) Lud. A: *delegandum.*
8) Ludolf und die baumgartenb. summa: *fieri.*
In Lud. A fehlt auch *per saltum.*
9) Ludolf und die baumgartenb. summa: *ydonea.*
10) Lud. B: *scripturis.*
11) Das baumg. werk: *nomen eius vel eorum.* Lud. A fügt bei: *uel titulum.*
12) Lud. C: *de quibus.* das baumgartenb. werk: *contra quem uel quos.*
13) Cod. *appellacio.* Ludolf und die baumgartenb. summa: *appellans.*
14) Das baumg. werk: *talem locum.*
15) In Lud. A und dem baumgart. werke fehlt *in appellacione.*

Digitized by Google

delegatis, forte ab iniqua eorum sentencia, uel a suspensione, uel alio grauamine, per omnia seruabitur idem modus, secundum quod in exemplis infra plenius apparebit.

qua [1]) eorum sentencia, uel *alias* ab aliquo grauamine. set [2]) per omnia seruabitur modus supradictus.

Exemplum infra.

Et hec de appellacionibus.

10) Tractatus de executoriis. [3])

Premissum est de hiis litteris que sunt quasi sequaces sentencie, uidelicet de appellacionibus et confirmacionibus, quarum una facit esse, alia intercipit actum eius.

Set quoniam [4]) secundum iuris regulam nichil ualet, esse iura in ciuitate, nisi sint etiam per quos iura regantur, quid sentencie late supersit recto ordine uideamus.

Sentencia rite lata et confirmata, si ab ipsa non appellatur, transit in rem iudicatam, et robur obtinet firmitatis.

Et licet plerumque iudices ordinarii per se suas sentencias exsequi consueuerint, nonnunquam tamen utuntur aliis executoribus, puta in locis remocioribus et in magis arduis negociis. delegati uero iudices frequenter in factis suis executoribus uti debent, et sentencias a se latas mandare aliis exequendas. papa in donacione prebendarum post petitorias [5]) executorias dare solet.

Et idcirco de executoribus uidcamus. et ut de natura eorum plenius constet, et quid sint executores, et quam etiam auctoritatem habeant, in huius tractatus principio premittamus.

Nomen executoris conponitur ab ex et sequor. et inde executor eo, quod exequatur ut sentencia uel factum

Dicitur enim executor eo, quod ipse faciat siue exequatur ut *per eum* sentencia uel factum superioris debitum sortiatur effectum.

---

1) Das baumgartenb. werk: *erit sub.*
2) Das baumgartenb. werk: *sic.*
3) Cod. *de sentenciis.*
4) Cod. *quorum.*
5) Lud. A: *donatorias.*

Digitized by Google

superioris effectum [1])
debitum sorciatur.

Executores pape plerumque largam habent iurisdictionem ex eo quod dicitur in litteris *per censuram ecclesiasticam*, per que uerba — sicut superius [2]) est expressum — intelligitur specialiter interdictum, suspensio, et exconmunicacio, generaliter autem omne id quod ecclesiastica autoritate inponi consueuit rebellibus [3]) et infligi, uidelicet prohibicio introitus ecclesie, interdictio sacramentorum, et prohibitus sepulture. et sciendum, quod pene premisse in executoriis maxime locum habent. gradatim enim proceditur ad penas, quoniam crescente contumacia crescere debet et pena, et quasi tota uis iudicii in exequendo consistit tanquam in fine. execucione enim concluditur actus eius. et iudicium sine pena agitur inaniter. [4]) undecirca penas infligendas executores non inmerito papales [5]) laborant.

Aliorum autem iudicum executores secundum quod eorum littere continent largam auctoritatem obtinent siue strictam, hoc est secundum quod est littera specialis [6]) uel generalis. si enim dicitur *per censuram ecclesiasticam*, intelligitur omne quod superius est expressum. si autem in specie pena exprimitur, ut si dicatur *per suspensionem ingressus ecclesie*, uel *per interdictum*, uel aliud simile, illud tantum quod exprimitur infligere poterit executor, et non ultra, quia mandatum [7]) habet, et fines mandati excedere non est tutum.

Item sciendum, quod executoris non est cognoscere utrum equa sit sentencia uel inequa, quia ei *tantum* execucio non cognicio [8]) delegatur. immo tenetur etiam iniquam sentenciam exequi, [9]) quamuis eam latam nouerit minus iuste, [10]) nisi supplicando ab exequendi officio ualeat se tueri. [11])

In executoriis pape raro uel nunquam obmissum inuenies, [12]) quin semper dicatur *appellacione remota*. et hoc ideo,

---

1) Cod. *officium*.
2) Nämlich VII. 2. s. 222.
3) Ludolf: *interponi consueuit de rebellibus*.
Die baumgartenb. summa: *interponi solet intelligi debet de rebellibus*.
4) Cod. *iudicium smper* (mit dem abkürzungsstriche über *m*) *agitur. in fruit? in uiuit? minuit?* vielleicht: *inutiliter?*
5) Cod. *plus*.
6) Baumgartenb. A: *secundum quod littera scilicet est*. B: *secundum quod littera solet esse*.
7) Cod. *et ultra quia mandatum non*.
8) Cod. *cognita*.
Ludolf: *cause cognicio*.
Die baumgartenb. summa: *causa cognicionis*.
9) In der handschrift fehlt *exequi*.
10) In der handschrift fehlt *iuste*.
11) Ludolf und die baumgartenb. summa: *eripere*.
12) Cod. *in neutria*

Digitized by Google

quia non est ab executoribus appellandum, nisi forte *iidem* mandatum uel modum excederent exequendi.

Item non credo, quod in personam executoris is contra quem [1]) datur execucio possit excipere, nisi forte talis conpeteret excepcio [2]) que esset notoria, quam etiam ecclesia nullatenus pateretur, [3]) uidelicet si esset exconmunicatus uel symoniacus uel alias criminosus. et hoc ideo, quia executor motu proprio nichil facit, set quod est factum ab aliis recitat et ut effectum habeat elaborat.

Non requiritur autem in executoriis, ut ordo rei ieste seriatim et integraliter inscribatur, quia ut[4]) predictum est ita tenetur executor exequi iniquam sentenciam sicut [5]) iustam.

Item sciendum,

quod quandoque condicionalis datur execucio, quandoque ponitur illa clausula: *si ei aliquod canonicum*[6]) *non obsistat.* et hoc consueuit fieri in dacione[7]) prebendarum. in hoc *tamen* casu executores bene debent agnoscere de excepcionibus que a partibus proponuntur. [8])

Item notandum, quod executoriarum alia est condicionalis, alia est mera. Condicionalis est, quando

Sentenciarum autem executorie mere sunt, et nichil debent condicionale aliquatinus continere, secundum quod infra scriptis exemplis plenius aparebit.

Executoriarum autem que mere sunt executorie nichil debent condicionis aliquatenus obtinere.

Et hec de litteris tam preparatoriis iudiciorum quam de hiis que sunt in ipso iudicio necessarie causa sufficiant breuitatis.

II) De iudicii habenis. [9])

Quoniam autem sedes apostolica in eius figura qui est diues in omnes et dat omnibus affluenter, qui et producit de thesauris suis noua et uetera, ita debet iudicium misericordia temperare, et ita

1) Cod. *quam.*
2) Cod. *conpateret excepto.*
3) Cod. *pareretur.*
4) Cod. *quasi.*
5) Cod. *secundum.*
6) Cod. *casu.*
7) Ludolf und die baumgartenb. summa: *donacione.*
8) Cod. *conponuntur.* Lud. B fügt noch bei: *et debet illa rescribere delegantl.*
9) Cod. *iudicibus habendis.*

Digitized by Google

seueritatis ecclesie arcum tendere quod non rumpatur tensione [1]) nimia neruus eius, ut non solum iudicium — immo misericordia[2]) et iudicium — in uia inmaculate consciencie decantet et psallat domino cum psalmista, uidemus quod ipsa sacro [3]) sancta sedes iudicium postulanti et [4]) prestolanti presto est, ita tamen ut interdum [5]) a iuris seueritate temperans et descendens extendat etiam ad[6]) opera misericordie manus suas, permittens ex dolio misericordie quod non permittitur de rigore.

Item prouenit, quod utriusque — uidelicet iuris et gracie — a dicta curia littere large dantur. sicut enim est iuris, causas conmittere, inquisiciones dare, et talia, sic nimirum gracie asscribitur quod dantur dispensaciones et indulgencie, que ortum habeant a gracia pocius quam a iure.

Prosequamur ergo opera gracie eius, et uideamus de dispensacionibus et indulgenciis et exempcionibus [7]) et hiis similibus, de hiis postea tractaturi que[8]) sunt de equitatis rigore, uidelicet de inquisicionibus et uisitacionibus et hiis similibus.

Et quod in tractando primum de litteris que sunt gracie, deinde [9]) de litteris què sunt iuris, rectum seruemus ordinem et decentem, patet ex eo quod semper prestancior et anterior misericordia iudicio. non enim dixit psalmista: iudicium et misericordiam; immo misericordiam preferens et iudicium postponens: misericordiam et iudicium. et samaritanus ille eius uulneribus qui incidit in latrones non prius uinum infudit, immo prius oleum et postea uinum. dicit enim ewangelista: alligauit uulnera eius, infundens oleum et uinum.

12) De dispensacionibus.

Uisuri de dispensacionibus inquiramus inprimis, quid sit dispensare, et quis possit dispensare, cum quo possit dispensari, et in quibus casibus conpetat dispensacio.

Dispensare est, quando id quod de iure conmuni non

1) Cod. *tonsione.*
2) Cod. *misericordiam.*
3) Cod. *sacra.*
4) In der handschrift fehlt *et.*
5) Cod. *interdictum.*
6) In der handschrift fehlt *ad.*
7) Cod. *excepcionibus.*
8) Cod. *tractari.*
9) Cod. *demum.*

Digitized by Google

conceditur — immo uerius prohibetur — ex gracia superioris permittitur. [1]) et trahit nomen ab illo dispensatore qui est gracia plenus, et per fideles ministros eiusdem [2]) gracie munera fidelibus distribuit et ministrat. [3]) quodque ipse appelletur merito dispensator, patet ex eo quod ipse dixit: filius hominis non uenit ministrari set ministrare.

Uiso quid sit dispensacio, uideamus quis possit dispensare. et sciendum, quod romanus [4]) pontifex, qui solus gerit in terris similitudinem ueri dei, in potestatis plenitudine constitutus una cum patriarchis archiepiscopis et episcopis, qui assumpti sunt in partem sollicitudinis, potest in omni casu dispensabili [5]) dispensare.

est plenitudine constitutus, et secum patriarche archiepiscopi et episcopi in potestatem sollicitudinis sunt assumpti.

Restat uidere, cum quo possit et debeat dispensari. ad hoc sciendum, quod sicut nemo est [6]) inmunis a culpa, sic nemo alienus debet esse a uenia. et dicit apostolus: sicut boni dispensatores, et graciam pro gracia in alterutrum ministrantes. unde in omni casu qui est aliquo modo dispensabilis iuxta illud „omnipotenti te tribue" expedit ut nulli gracia denegetur.

Dispensacionum autem plures sunt species.

Vna est cum dominus papa, cui hoc solum conpetit, dispensat super pluribus beneficiis obtinendis curam animarum annexam habentibus

Cum aliquo enim dispensatur super obtinendis pluribus beneficiis curam animarum annexam habentibus, uel obtentis. que dispensacio conpetit soli pape.

item dispensatur cum aliquo super recipiendis sacris ordinibus, *cum eo videlicet* qui forte ex defectu natalium non esset sine dispensacione *in ecclesia* aliquatenus admittendus.

Set quia omnes dispensacionum species esset longissimum numerare, eas tantummodo prosequamur que precipue sunt in usu. [7]) et auctoritatem

---

1) Ludolf und die baumgartenb. summa: *admittitur.*

2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *suos.*

3) Ludolf: *fidelibus dispensat id est distribuit.*
Die baumgartenb. summa: *munera distribuit et dispensat.*

4) Ludolf und die baumgartenb. summa: *solus romanus.*

5) Ludolf: *in omni causa.*

6) Cod. *quod smo est?*

7) Cod. *usum et auc.* mit übergeschriebenem *te*, über welchem der abkürzungsstrich steht.

Digitized by Google

dómini pape ut tanquam supereminentem omnibus a nostris regulis excludamus, nichil ei inpossibile iudicantes preter illa que ipsa iuris natura non patitur, uerbi gracia ut si papa — quod absit — cum laico dispensaret ut sacerdotis officio fungeretur, quod dicimus non ualere.

De dispensacionibus aliorum iudicum ecclesiasticorum secundum quod scimus et intelligimus prosequamur.

Sciendum ergo, quod archiepiscopi et episcopi in casibus dispensabilibus [1]) circa suos [2]) subditos dispensare possunt, ubi manifeste [3]) prohibiti non probantur. et licet eorum auctoritate quando fiat dispensacionis gracia, quod iuri contrarium est conmuni, non credimus tamen eos dispensare posse contra statuta [4]) concilii generalis, nisi forte ex speciali domini pape licencia uel mandato.

Item dispensatur super quibusdam irregularitatibus, vtpote que ex ignorancia vel negligencia committuntur.

Earum autem dispensacionum que super obtinendis pluribus beneficiis a domini pape curia obtinentur quantum ad notariorum diligenciam maximus nunc est usus. earum etiam que super aliquibus irregularitatibus per dispensacionis graciam abolitis a curia in absolucionis testimonium apportantur.

Ceterarum autem dispensacionum, sicut sunt casus innumeri, sic et species infinite. quarum disposicionem [5]) et ordinem secundum regulas infra scriptas quibus duas prenotatas species prosequamur diligens inuenit indagator.[6])

Sunt autem de dispensacionibus regule generales.

---

1) Die baumgartenb. summa: *in talibus.*
2) Cod. *duos.*
3) Ladolf und die baumgartenb. summa: *expresse.*
4) Cod. *statuti.*
5) Cod. *dispensacionem.*
6) Ob *dictator?*

Digitized by Google

Omnis dispensacio fieri debet ab eo qui habet potestatem dispensandi.

Et licet fiat ex gracia, uult tamen fieri ex causa, licet nonnunquam solum principis beneplacitum et nuda eius uoluntas pro causa ualeat allegari, iuxta illud: quod principi placuit, legis habet uigorem. ubi autem subest alia causa uel racio, ipsa in eisdem dispensacionis litteris poni debet, ut appareat que sit mouens racio que superiorem mouerit ad graciam faciendam.

Item si super obolicione alicuius irregularitatis uel restitucione officii uel integritate fame datur dispensacio, super quocunque eorum [1])uel aliorum casuum debet fundari narracio, ita ut clare et lucide appareat in quo et super quo gracia fiat. causa etiam mouens ad graciam nichilominus apponetur.

Item differt, utrum papa per se dispenset, an dispensacionem speciali auctoritate sua mandet alteri faciendam. si enim per se dispensat, ad eum cum quo dispensat apostropham facit et dirigitur sermo eius. si autem dispensacionem mandat alteri faciendam, ad ipsum dirigitur sermo eius cui mandatur. et in hoc casu is cum quo dispensatum est —ut probet secum esse dispensatum — oportet ut habeat auctenticum domini pape, et nichilominus eius litteras qui secum auctoritate apostolica dispensauit.

In dispensacionibus irregularitatum loco captacionis beniuolencie poni debet aliquid de conpassione [2]) et misericordia sedis apostolice, deinde [3]) narrari factum et causa, [4]) sicque dispensacio concludi. [5])

In dispensacionibus uero plurimorum beneficiorum loco captacionis beniuolencie aliquid de auctoritate siue liberalitate sedis apostolice. et sic ad conmendacionem eius persone cum qua dispensatur uel ad recordacionem obsequiorum eius uenitur. demum causa ponitur, sicque dispensacio concluditur, hoc curato quod dispensacionis uerbum premisso [6]) *auctori-*

1) Cod. *r* mit übergeschriebenem *orum*.

2) Cod. *conposicione*. Die baumgartenb. summa: *pietate*.

3) Cod. *demum*.

4) Cod. *et sic causam*. In der baumgartenb. summa fehlt *et causa*.

5) Cod. *dispensando concludit*. Lud. A und C und die baumgartenb. summa: *concluditur*.

6) Ludolf und die baumgartenb. summa: *premissa hac posicione*.

Digitized by Google

tate dei omnipotentis et apostolorum eius Petri et Pauli nullatenus negligatur.

Harum duarum specierum ponemus exempla, [1]) ex quibus diligens lector aliarum conprehendat similitudinem, et dispensacionis litteras ordinet secundum cause uel negocii qualitatem.

Et hec de dispensacionibus.

13) Tractatus de indulgenciis.

Sequitur uidere de indulgenciis, que — ut predictum est — sicut et dispensaciones ex dono gracie inicium [2]) habent.

plus habent gracie quam iuris.

Sunt autem indulgenciarum plures species. inter quas principalis et precipua et magis moderno usui consona uidetur, ubi papa uel aliquis archiepiscopus uel episcopus[3]) ob reuerenciam alicuius ecclesie uel patroni aut [4]) auxilium alicuius structure aliquo die certo annuo [5]) aliquot dierum largitur indulgencias eis qui ad ecclesiam uel ad [6]) eius patrocinia uenerint ipso die, uel qui structure suis elemosinis benefecerint in litteris explicate.

uenerint isto die, uel qui ad structuram de suis elemosinis aliquid contulerint.

veniunt ista die, vel qui ad structuram ecclesiarum vel pontium de suis elemosinis aliquid attulerint.

Hec [7]) ipsa species in tres alias diuiditur. quarum est alia perpetua, alia temporalis, alia reuocabilis.

Perpetua est, que hoc uocabulo *perpetuum* perpetuatur.

Temporalis est, que sui ualoris tempus continet infra scriptum. [8])

Reuocabilis, que temporis determinacionem [9]) non continet, set ex dantis beneplacito reuocatur. et ibi [10]) de ualoris tempore nil dicatur.

Et hee indulgencie secundum quod dantur ecclesiis [11]) reparandis hiis omnibus circumstanciis

1) Die baumgartenb. summa hat hiefür: *exemplum de omnibus.*

2) In der handschrift steht blos: *cium.*

3) In der handschrift ist *uel aliquis archiepiscopus uel episcopus* ausgefallen.

4) Ludolf: *ad.* das baumgartenb. werk: *in.*

5) Lud. A: *aliquo de certo a nouo.* Lud C: *uel anno.* Die baumgartenb. summa: *in anno.*

6) Die baumgartenb. summa: *ob.*

7) Cod. *hoc.*

8) Die baumgartenb. summa: *continet determinatum.*

9) Ludolf und die baumgartenb. summa: *tempus determinatum.*

10) Cod. *etiam si.*

11) Cod. *ecclesiasticis.*

Digitized by Google

a discreto notario prenotatis uolunt instrui uel formari. et hee sunt earum regule generales.

Primo sciendum, quod omnis indulgencia debet prohemium continere subsequenti materie consonum.

Omnis indulgencia loco captacionis beniuolencie siue de nouo siue de ueteri testamento debet proemium continere subsequenti materie consonans et concordans. uerbi gracia si scribitur ueneracione [1]) alicuius martiris uel confessoris, uel sancti cuiuslibet, premittatur de eius laude uel gloria qui est laudabilis uel gloriosus in sanctis suis. deinde exortacio ad fideles, ut ad dicti sancti patrocinia conueniant illo die. sicque subiungitur [2]) fructus laboris uel elemosine, qui est ipsa indulgencia.

Item scribendum est aliter ueteri ecclesie, aliter nouelle.

Item si structura scribatur, distingue utrum ipsa noua surgat, uel sit antiquitate diruta uel conbusta. si surgat de nouo, secundum id formabis proemium. si diruta uel conbusta, erit alius modus eius.

Item si est scribendum alicui ecclesie, scribatur utrum [3]) ipsa de nouo surgat, uel sit antiquitate diruta uel conbusta, quia secundum hoc alius et alius erit modus.

Item si scribitur pro aliqua ecclesia, scribendum est utrum

Item omnis indulgencia huiusmodi, sicut predictum est, reuocabilis est uel temporalis uel perpetua. si est perpetua, finis erit: *presentibus perpetuo ualituris.* [4]) si temporalis, finis erit: *presentibus per biennium* uel *triennium ualituris.* [5]) si est reuocabilis, de ualoris tempore [6]) nil dicetur.

Et hee tales indulgencie sicut pape sic et archiepiscopis et episcopis sunt conmunes. et in fine cuiuslibet ubi datur indulgencia, si est papalis, utendum est hiis uerbis: *de dei omnipotentis misericordia et apostolorum eius Petri et Pauli;* si archiepiscopalis uel episcopalis est: *de dei omnipotentis misericordia et auctoritate nobis a deo concessa.*

1) Ludolf und das baumgartenb. werk: *ad ueneracionem.*
2) Cod. *si que.*
3) Lud. A: *quod.*
4) Cod. *naturalis.* Ludolf: *ualitura.*
5) Ludolf: *ualitura.*
6) Die baumgartenb. summa hat: *de ualore eius.*
7) Cod. *sicut et.*

Digitized by Google

Est etiam aliud indulgenciarum genus, quod tantum competit [1]) soli pape, quod et alio nomine prerogatiua appellari potest, uidelicet si papa aliqua insignia indulget, alicui simplici episcopo pallium uel racionale [2]) que proprie patriarcharum sunt uel archiepiscoporum, aut [3]) si canonico alicuius ecclesie infule uel scandalia siue baculi conceduntur, aut si prelatis aliquarum ecclesiarum — puta abbatibus uel prepositis — permittitur in infulis siue aliis uestibus pontificalibus celebrare.

ri potest, uidelicet cum papa indulget insignia alicui simplici episcopo uel aliis prelatis ecclesiarum, sicut abbatibus et prepositis permittitur in infula uel aliis uestibus episcopalibus celebrare.

ri potest, videlicet cum papa pontificalia insignia indulget alicui abbati vel aliis prelatis ecclesiasticis, quod permittitur eis in infulis vel in aliis vestibus pontificalibus celebrare.

Et hee indulgencie siue prerogatiue secundum dignitatem personarum et ecclesiarum a discreto uolunt [4]) notario instrui et formari. attenditur etiam in eis id quod conceditur. uerbi gracia ut si alicui infula concedatur, que proprium [5]) est capitis, [6]) proemium materiam habeat ab eo *uerbi gracia* qui caput ecclesie est et corona [7]) certancium. et si de scandaliis agitur, [8]) que proprie sunt pedum, [9]) proemium materiam habeat a pedibus: *quam* [10]) *pulcri* [11]) *sunt supra montes pedes ewangelizancium pacem, ewangelizancium bona*, et de ecclesia dicitur in canticis canticorum: *quam pulcri pedes tui in calciamentis tuis, filia principis*, et hiis similia, ut similia similibus congaudeant et concordent, ut tale sit principium quod finis principio ualeat esse uniformis.

1) Lud. A und die baumgartenb. summa: *conuenit.*
2) Cod. *rola* mit einem *a* über *ro.*
3) Cod. *episcoporum an.*
4) Das baumgartenb. werk: *possunt.*
5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *proprie.*
6) Das baumgartenb. werk: *capitis ornatus.*
7) Cod. *corono.*
8) Das baumgartenb. werk: *si scandalia conceduntur.*
9) Das baumgartenb. werk: *pedum insignia.*
10) Cod. *quia.* Ludolf: *ut quam.* das baumgartenb. werk: *verbi gracia quam.*
11) Baumgartenb. B: *speciosi.*

Digitized by Google

De talibus indulgenciis pro generali regula hoc [1]) notandum, quod omnes perpetue sunt et locales, hoc est quod tempus ualoris determinatum non habent, et quod — tanquam locis data, non tantum personis — de successoribus ad successores transeunt et descendunt.

Si quis autem huiusmodi indulgencias secundum modernum modum loquendi uellet priuilegia forsitan appellare, non multum renuimus,[2]) in hoc usui deferentes. nostro autem iudicio pulchrius huiusmodi prerogatiuas siue indulgencias et certe uerius appellamus.

non peccaret multum. [3]) **pulchrius autem et uerius prerogatiuas siue** [4]) **indulgencias appellamus.**

Et hec de indulgenciis.

14) Tractatus de exempcionibus. [5])

Sequitur uidere de exempcionibus. et est proprie exempcio, ubi aliqua conuentualis ecclesia canonicorum secularium uel regularium uel etiam monachorum siue monialium inmediate subest domino pape, ita uidelicet ut quamuis [6]) infra metropolym alicuius archiepiscopi [7]) uel infra diocesim alicuius diocesiani sita sit,[8]) nichil tamen metropolitanus uel diocesianus *episcopus* iuris habet in ea, [9]) set omnia directe et inmediate spectant [10]) ad papam,

ad quem etiam nullo medio a talibus ecclesiis appellatur.

ad quem nullo medio a talibus ecclesiis appellatur.

Exempcionum alia uniuersalis, alia particularis.

Uniuersalis est, que cum [11]) uniuersitate iuris ad papam spectat, ita ut metropolitano uel dyocesiano nichil iuris maneat in eisdem. [12])

Particularis est, que pro parte et in certis casibus ab

1) Cod. *regule he.*
2) Cod. *renuttitur? remittitur?*
3) In dem baumgartenb. werke fehlt *multum.*
4) In dem baumgartenb. werke fehlt *prerogatiuas siue.*
5) Cod. *excepcionibus.*
6) Ludolf: *licet.* das baumgartenb. werk: *si.*
7) Lud. B: *metropolitani.* A und C: *episcopi.*
8) Cod. *que sit.* Lud. C: *uel diocesim sita.*
9) Ludolf: *in eis.* das baumgartenb. werk: *in eisdem.*
10) Das baumgartenb. werk: *pertinent.*
11) Cod. *est.*
12) Das baumgartenb. werk: *remaneat in eadem.*

Digitized by Google

eorum [1]) iurisdictione eximitur et alias [2]) pertinet ad eosdem. uerbi gracia si forte aliqua ecclesia quantum ad hoc est exempta ut nullus archiepiscopus uel episcopus in ea diuina [3]) possit suspendere, licet sit in sua dyocesi, [4]) et in aliis [5]) ei exhibeat reuerenciam obedienciam et honorem.

Item exempcio alia personalis alia localis.

Personalis est, ubi aliquis archiepiscopus uel episcopus eximitur, ut a nullo, nec etiam a legato sedis apostolice, nec etiam a iudicibus delegatis exconmunicari uel interdici ualeat aut suspendi. et talis exempcio personalis est et particularis, [6]) quia nichilominus tamen in [7]) aliis dyocesianus tenetur *proprio* metropolitano, licet in certis casibus sit exemptus. et si ad omnia episcopus eximatur, ut [8]) nichil iuris metropolitano remaneat, personalis et uniuersalis exempcio dici potest, [9]) quia cum uniuerso iure persona eximitur.

Localis est, que *alicui* loco — hoc est ecclesie — datur. et hec secundum distinctionem [10]) predictam uniuersalis et particularis esse potest.

Hoc tantum notandum de personali et locali, quod personalis temporalis est et personam non excedit, localis autem esse perpetua semper solet.

Secundum has uarias distinctionum species exempciones a discreto notario formari expedit diligencius et scribi.

De exempcionibus autem pro regulis generalibus hoc notandum, quod conpetunt soli pape, et quod pro maiori parte perpetue esse solent. unde materia proemii erit [11]) de plenitudine potestatis sedis apostolice et de fauorabili priuilegio libertatis, ita ut exempcionis uerbum nullatinus negligatur, [12]) set dicatur in fine: *auctoritate dei omnipotentis et apostolorum eius Petri et Pauli eximimus talem locum et talem personam.*

1) Das baumgartenb. werk: *eorundem.*
2) Das baumgartenb. werk: *alia parte.*
3) In Lud. A fehlt *diuina.*
4) Bei Ludolf lautet dieser satz: *sicut in sua diocesi.*
In der baumgartenb. summa: *tamen quia in sua dyocesi est sita.*
5) Im baumgartenb. werke fehlt *et in aliis.*
6) Das baumgartenb. werk: *personalis quidem particularis potest dici.*
7) Das baumgartenb. werk: *nichilominus forte in quibusdam.*
8) Das baumgartenb. werk: *verum si dyocesanus sic eximitur vt in eo.*
9) Das baumgartenb. werk: *uniuersalis dici potest talis exempcio et etiam personalis.*
10) Cod. *disiuctam.*
11) Ludolf: *prohemium autem debet esse.*
Die baumgartenb. summa: *prohemium autem exempcionis debet esse.*
12) Die baumgartenb. summa: *obmittatur.*

Digitized by Google

Notandum etiam in exempcionibus: conminacio poni solet secundum quod infra scriptis exemplis plenius aparebit.

Et addatur conminacio. *exemplum infra.*

Si quis autem has exempciones moderno usu loquendi uellet priuilegium appellare, non teneremus contrarium,

Possunt autem hec exempciones usu moderno priuilegia appellari.

cum omnis libertas que de iure conmuni non conpetit priuilegium in genere non inmerito dici possit. nostro autem iudicio huiusmodi exempciones pocius censemus appellandas.

Et hec de exempcionibus.

15) De litteris que iuris sunt plus quam gracie.

Postquam premissum est de litteris hiis que sunt gracie, earum naturis proprietatibus et regulis pro nostre intelligencie paruitate explicitis et discussis, consequenter hiis litteris que plus iuris habent quam gracie subiungamus. iustus enim ille qui dixit: ego iusticias iudicabo, et iusticias multo magis quam iniusticias. occuli enim eius contemplantur bonos et malos. et iudicia eius abyssus multa, quia et celi non sunt mundi in conspectu eius, et in angelis reperit prauitatem. iusticia etenim et iudicium preparacio sedis eius.

De uisitacionibus ergo uidetur recto ordine subiungendum.

16) Tractatus de uisitacionibus.

Uidendum ergo, quid sit uisitacio, quis possit uisitare, qui et quales debeant uisitare.

Hoc uocabulum „uisitacio“ descendens secundum gramaticos ab hoc uerbo „uideo uides“, a quo uerbum frequentatiuum „uisito uisitas“, inde „uisitacio“, proprietate sensus simplicis se exponit. dicitur enim uisitacio quasi frequens uisio, ita ut in hoc sensu frequencia effectum inportet, ut di-

Digitized by Google

catur uisitare quasi cum effectu uidere. et est tractum a similitudine corporaliter infirmantis. qui sicut uisitatoribus meritis indiget, non solum quod uideant immo quod etiam cum effectu uideant, hoc est cūrent, sic his qui spiritaliter infirmatur spiritalium uisitacionem exigit medicorum, qui et uideant oculo discrecionis, et causam morbi intelligant prouidencia inuestigacionis, et amputent ipsam causam instrumento correctoris. dicit enim ipsa ueritas in ewangelio: non indigent qui sani sunt medico, set male habentes.

Et licet hoc genus litterarum inter eas que sunt rigoris in titulando posuerimus, et hoc quia in rei ueritate iudicialis [1]) est actus eius, fructus tamen [2]) eius est admodum et efficacia [3]) graciosa. quid enim iniquius, errantem non corripere, ad uiam non reducere deuiantem?

Est ergo uisitacio, quando dominus papa de alicuius prouincie statu uel ecclesie clero [4]) sollicitus uisitacionem eius alicui delegat secundum placitam [5]) sibi formam. [6])

Habito quid sit uisitacio, uideamus quis uisitare possit.

Quilibet iudex ecclesiasticus, qui habet auctoritatem a papa secundum formam sibi datam in litteris, poterit uisitare.

Item quilibet archiepiscopus et episcopus quolibet anno semel suam tenetur diocesin uisitare. set de tali uisitacione hic non agitur, quia illa est iuris conmunicacionis, et in scriptis non redigi [7]) consueuit.

Uidendum denuo, qui et quales debeant uisitari.

Ad hoc sciendum, quod quantum ad uisitacionem archiepiscoporum et episcoporum, que est iuris conmunicacionis, quelibet ecclesia debet semel in anno quolibet uisitari ea [8]) moderacione et eo ordine qui in iure expressius continetur. de qua nichil ad presens.

---

1) Cod. *indicalis.*
2) Die handschrift hat *t* mit übergeschriebenem *m* über welchem ein strich.
3) Cod. *efficacio.*
4) Cod. *ecclesie de clero intelligat.* Ludolf: *de alicuius prouincie uel ecclesie clero.*
Die baumgartenb. summa: *de alicuius prouincie uel ecclesie statu.*
5) Cod. *placidam.*
6) In der baumgartenb. summa fehlt *secundum placitam sibi formam.*
7) Cod. *redit.*
8) Cod. *eo.*

Digitized by Google

De ea autem uisitacione de qua hic agitur principaliter sciendum, quod specialiter conpetit illis *personis et* ecclesiis exemptis que *scilicet* inmediate subsunt pape. et hoc de ea racione, [1]) quia [2]) archiepiscopis et episcopis secundum quod ipsis de iure conpetit suam diocesin uisitantibus tales exempte ecclesie conmittuntur,[3]) quia dictis archiepiscopis et episcopis auctoritas non conpetit super illas, nisi ex pape mandato et beneplacito speciali.

Licet autem hoc uisitacionis genus de qua agimus, si [4]) uidelicet non iure conmunicacionis set auctoritate pape specialiter delegata is qui uisitat uti solet, illis exemptis ut dictum est specialiter conpetat ecclesiis, contingit tamen interdum ex beneplacito pape, quod — si alia non subest causa — pro ea [5]) sufficit allegari, [6]) uel alia qualibet racione, ut uisitacio prouincie siue diocesis alicui auctoritate apostolica delegetur. quod maxime solet fieri in eo casu, ubi clerus alicuius prouincie aliqua minus honesta uel iusta consuetudine laborat minus racionabiliter uel abusu in tantum quod archiepiscopus uel episcopus inueteratam illam consuetudinem auctoritate sibi conmuniter conpetente nequit [7]) tam facile abolere et in casu super talibus speciali demandatur [8]) ue iurisdictio specialis. minus enim solet timeri auctoritas que conpetit in genere quam ea que singulariter in specie demandatur.

Item sciendum, quod in uisitacionibus non inuenitur aliqua certa forma. set dependet tantum a superioris arbitrio modus eius. quandoque enim delegatur uisitacio tantum, uidelicet ut uisitet et inuestiget si qua digna correctione inueniet uisitator, et ea ad sedem apostolicam referat corrigenda. quandoque etiam moderata correctio uisitacioni annectitur, leuiorum uidelicet delictorum ita ut [9]) maiora ad sedem apostolicam referantur.

Si autem uniuersalis datur uisitacio, uidelicet ut et correctio leuium et enormium delictorum it

1) Lud. A und B und die baumgartenb. summa: *et ideo.* Lud. C: *et hoc ideo.*
2) In der baumgartenb. summa fehlt *quia.*
3) Cod. *ad* (?) *mittuntur.*
4) Cod. *sit* oder *fit.*
5) Cod. *sub est per eam.*
6) Cod. *allegare? allegari?*
7) Cod. *nequid.*
8) Cod. *speciale demandant.*
9) In der handschrift fehlt *ut.*

Digitized by Google

conmittatur uisitari ut sibi nichil iuris sedes [1]) apostolica reseruet, talis uisitacio erit ex arbitrio delegantis et beneplacito. nos enim huiusmodi generalem uisitacionem raro audiuimus et rarissime intelleximus esse factam.

De uisitacionibus autem hee sunt regule generales. uisitaciones que a papa descendunt, exemptis proprie conpetunt ecclesiis, nisi ex causa uel libero uoluntatis arbitrio papa prouinciam aliquam uel ecclesiam precipiat uisitari secundum placitam sibi formam. item archiepiscoporum et episcoporum uisitacio, in qua utuntur auctoritate propria iure conmunicacionis, adeo est inscripta quod constat apercius modus eius.

Forma autem scribendi uisitaciones [2]) talis erit. uisitatori scribat papa [3]) ordine salutacionis premisso. deinde sequitur proemium, quod habebit materiam ab eo qui uisitauit nos oriens ex alto, et cui propheta supplicat: *uisita nos in salutari tuo*, quique dixit per prophetam: *ecce ego ipse requiram oues meas et uisitabo illas, sicut pastor qui uisitat gregem suum*, et in ewangelio: *infirmus fui, et non uisitastis me*, et hiis similibus. *materie consonum sit, sicut est illud: uisitauit nos oriens exalto, et similia.*

deinde sequitur directa monicio ad ipsum cui datur [4]) uisitacio, ut uidelicet se talem exhibeat opere et moribus, [5]) ne — cum aliis predicauerit — ipse reprobus [6]) inueniatur, ne — si cecus ceco ducatum prebeat — ambo in foueam cadant, ne qui [7]) predicat non furandum furetur, non mechandum mechetur, set iuxta apostolum forma factus gregi dei et uerbo et opere proficiat uisitandis. demum sequitur mandatum, quod strictum satis in uisitacionibus esse solet. [8]) consueuit enim dici in plerisque: *districte precipiendo mandamus.* [9])
item solet apponi tempus determinatum in uisitacionibus,

1) Cod. *sibi iuris sedi.*
2) Die baumgartenb. summa: *litteram uisitacionis.*
3) Die baumgartenb. summa hat: *visitatori primo scribitur.*
4) Die baumgartenb. summa: *committitur.*
5) Die baumgartenb. summa hat: *verbo et exemplo.*
6) Cod *reprobet.*
7) Cod. *cadant. hec qui.*
8) Die baumgartenb. summa: *debet.*
9) Ludolf: *plerisque: mandamus et districte precipimus.*

Digitized by Google

infra quod uisitacio conpleatur. [1]) interdum conminaciones fiunt. [2]) exemplum infra.

Et hec de uisitacionibus.

17) Tractatus de inquisicionibus.

Uiso de uisitacionibus consequenter de inquisicionibus uideamus. et est sciendum, quod inquisicio dicitur ab inquirendo. inquiritur enim ueritas facti alicuius. [3])

debent enim inquisitores inquirere ueritatem facti.

Item uidendum, quid sit inquisicio, quis possit inquirere, contra quem detur inquirere, quando detur, uel qua de causa, et quis sit modus inquirendi.

Inquisicio est auctoritas data a superiore inquirendi de aliquo uicio de quo est aliquis infamatus.

iudice uel prelato per quem locus aliquis est infamatus, quoniam causa inquisicionis est infamia.

Item inquirere potest omnis qui auctoritatem accepit a domino papa uel eius legato, siue etiam ab alio iudice ordinario, puta archiepiscopo et episcopo. a iudicibus autem delegatis inquisicio nulla datur. ipsa enim inquisicio delegacionis est species, et in genere delegacio dici potest. inferiores autem prelati inquisicionem dare non possunt, quia terminalis actus eius plerumque est deposicio, et nonnunquam degradacio, seu etiam remocio perpetua ab ecclesia, siue suspensio ab officio et beneficio temporalis uel perpetua.

Item datur inquisicio contra eum qui est notatus infamia, siue sit subditus siue prelatus, et quandoque inter utrumque.

Item non debet dari inquisicio, nisi quando infamatus ammonitus est et incorrigibilis perseueret.

Causa inquisicionis est infamia qua notatur is contra quem [4]) datur inquisicio.

Modi inquirendi uarii sunt secundum qualitatem criminis de quo agitur, item secundum circumstanciam persone cui crimen inponitur, et etiam secundum intencionem eius a quo [5]) datur inquisicio. quando-

---

1) Ludolf: *conpletur.*
2) Cod. *conminacio non fiat.*
3) Cod. *ueritas actu eius.*
4) Cod. *quam.*
5) Cod. *qua.*

Digitized by Google

que enim datur inquisicio in membris tantum, quandoque in capite tantum, quandoque tam in capite quam in membris.

Item inquisicionum alia mera alia suspensiua.

Mera est, ubi tota una cum execucione terminali inquisitori dimittitur inquisicio, et certa pena ponitur infligenda, uidelicet ut — si crimen de quo agitur sit probatum — reus per inquisicionis sententiam condempnetur siue per deposicionem siue per aliam penam crimini conpetentem.

Suspensiua est illa, quando directe quidem mandatur inquisicio, set de pena infligenda inquisitori nichil conmittitur, immo ipsa pena suspenditur et superioris arbitrio reseruatur.

Est et mixta inquisicio, illa uidelicet, cum directe datur mandatum inquisitori ut inquirat, et si penas infligendas inuenerit pro parte infligat et pro parte ad superioris examen referat et suspendat, sicut uidemus in hiis qui suspensi mittuntur ad curiam, illic preter suspensionis penam penas alias suscepturi.

De penis autem inquisicionis nichil determinare possumus, cum sint uarie, scilicet quia peccata et crimina sunt diuersa. tamen sciendum, quod cum [2]) in inquisicione aliquis inuenitur symoniacus et est simplex clericus deponitur ab ordine sic suscepto, si prelatus ab officio et beneficio remouetur. et seruatur [3]) in aliis penis secundum uarietatem casuum iuris ordo.

Similiter et pene uarie sunt. de quibus nichil ad presens. [1])

De inquisicionibus pro regulis generalibus hoc notabis. omnis inquisicio, siue sit mera siue suspensiua siue mixta, siue etiam detur in membris tantum siue in capite tantum siue in capite et membris, nunquam dari consueuit nisi precedat clamosa insinuacio eius criminis de quo fuerit inquisicio tenenda. item nota, quod non datur nisi contra eum qui est ammonitus et incorrigibilis perseuerat. item non inquirit nisi de crimine: inquirendo enim ciuiliter agere [4]) non potes.

---

1) Lud. B: *ad presens dicitur.*
2) In der handschrift fehlt *cum.*
3) Cod. *seuatur.*
4) Cod. *egere.*

Digitized by Google

Modus autem [1]) formandi [2]) inquisicionem talis erit.

Scribet papa uel archiepiscopus uel episcopus eis quibus conmittitur inquisicio ordine salutacionis consueto.

Deinde proemium subsequitur. cuius erit materia detestacio criminis et horror peccati,[3]) scilicet quod sit humanum peccare, diabolicum perseuerare, tum propter peccatum in deum, tum propter periculum in se, tum propter scandalum in se et proximum.

est peccare, diabolicum perseuerare, tum propter peccare in deum,[4]) tum propter peccare in proximum.

est peccare, dyabolicum perseuerare.

item pro proemio sumere potes materiam [5]) de hostis antiqui uersucia: *et* [6]) *eggreditur a facie domini sathan, et ad forcia* [7]) *manum* [8]) *mittit, cuius inuidia mors intrauit in orbem.* [9]) item si ab auctoritate [10]) ecclesie uelis proemium inchoare, dices cum apostolo: *parati omnem inobedienciam ulcisci*, et secundum canonem: *sicut nullum bonum irremuneratum, sic nec ullum malum inpunitum*, et hiis similia.

Deinde sequitur narracio. in qua lucide narrabitur nomen et dignitas persone. item qualitas criminis de quo inquiritur, et quod inquisicionem clamosa insinuacio precesserit, uidelicet quod uicinia clamet et murmuret, item quod ammonitus fuerit is contra quem datur inquisicio et is[11]) se non correxerit, ordinate et curialiter inferetur, ita quod eadem proprietas uerborum — quia precessit clamosa insinuacio — nullatenus obmittatur.

Postea strictum mandatum — auctoritatem continens — inquirendi precise ponetur uel in capite tantum uel in capite et membris.

cum pro talibus eis porrigimus preces nostras qui et sunt nobilitatis titulo insigniti, et alias talium patrocinio fulciuntur, qui non solum possunt etc.

48. Item littera petitoria.

Otto dei gracia etc. dilecto in Christo preposito decano et scolastico halberstadensibus salutem in domino.

Sua nobis T clericus insinuacione monstrauit, quod cum dilectis in Christo preposito decano et capitulo [1]) sancti Nicolai magdeburcgensis preces nostras direxerimus et mandatum, ut — ipsum recipientes in canonicum et fratrem — prebendam si qua in eorum ecclesia tunc uacaret uel quam cito ad id se facultas afferret[2]) liberaliter conferrent eidem, ipsi actenus id efficere etc.

49. Littera prouisoria.

Otto etc. *ut prius.*

Cum clericorum prouisio in se opus contineat pietatis, nos dignum ducentes aperire caritatis uiscera circa ipsos, uolumus eis facere de Christi patrimonio prouidere, cuius sunt obsequio deputati.

Hinc est quod pro R clerico, pro quo dominus papa nobis[3]) scripta sua direxit, dilectos etc. sancte Marie in Halberstat rogandos duximus attencius et hortandos, etc.

50. Littera dispensacionis.

Gregorius episcopus etc. dilecto filio T nuweburcgensi salutem etc.

Gregorius episcopus *seruus seruorum dei etc. dilecto in Christo filio* **B** *preposito tali salutem etc.*

Sicut ueteris testamenti prohibicio habentem maculam in oculo uel alias membris debilem et truncatum [4]) ingredi uel ministrare in sancti sanctorum sacrario[5]) non sinebat, sic nimirum presens ecclesia — spiritualiter intelligens et exponens que in illius testamenti prohibicione [6]) ad litteram et carnaliter sumebantur[7]) — ab [8]) eterni regis ministerio segregat et

---

1) Cod. *dilectus in xpo prepositus decanus et capitulum.*
2) Cod. *asseret.*
3) Cod. *dictus papa alias.*
4) Das baumgartenb. werk: *contractum.*
5) Ludolf: *ad sancta sanctorum sacraria.* Die baumgartenb. summa: *in sancta sanctorum.*
6) In der handschrift fehlt *prohibicione.*
7) Ludolf und die baumgartenb. summa: *prohibicione non sinebantur ad litteram.*
8) Die baumgart. summa: *nunc ab.*

Digitized by Google

secernit eos qui contra sanctiones canonum uenientes [1]) suarum maculas contrahunt animarum, et per aggressum uetite dignitatis consciencias suas polluunt et offendunt. sane porrecta nobis tua — fili [2]) — peticio continebat, quod [3]) olim in minori etate et officio constitutus in quendam subdiaconum [4]) manus inieceris uiolentas, non considerans forte leuitate puerili subesse periculum huic facto, et in prius susceptis ordinibus ministrasti, et sine remedio dispensacionis ad maiores ordines [5]) ascendisti. super quo dispensari tecum a sede apostolica misericorditer postulasti.

Sicut igitur in priori testamento discrecio inter maculam et maculam iudicio relinquitur sacerdotis, sic merito presens ecclesia superiorum examini et iudicio, non nunquam etiam misericordie simul et gracie, decenter et humiliter se submittit.

Ea propter deuocionis tue et pie peticionis puritate pensata, ecclesiastice seueritatis rigorem circa te apostolica misericordia temperemus, super irregularitate sic contracta [6]) tecum misericorditer dispensantes, ita ut nec in susceptis nec adhuc suscipiendis ordinibus eius pretextu [7]) aliquod sentire debeas detrimentum.

Super quo dilectionem tuam apostolicis litteris conmunimus. *Harum testimonio litterarum.*

51. Item dispensacionis littera.

Gregorius etc. *Gregorius episcopus servus seruorum dei etc.* dilecto in Christo etc. *dilecto filio tali magistro etc.*

Si rigoris austeritas attendatur, si perspiciatur iuris seueritas, difficilis erit aditus uenie, et angusta misericordie semita uix patebit. omnes enim secundum apostolum peccauerunt, et egent gracia dei, iustificati gratis per graciam saluatoris. ecce gracia gratis data, non meritis acquisita. gracia etenim in eius diffusa est labiis, de cuius plenitudine omnes accepimus graciam pro gracia. ipse quidem iustus, set et misericors, [8]) defectum meriti quem punit iusticia uel condempnat emplastro misericordie

1) Ludolf und die baumgartenb. summa: *contra canonicas sanctiones uenientes.*

2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *dilecte in Christo fili.*

3) Cod. *quod cum.*

4) Lud. B und die baumgartenb. summa: *dyaconem.*

5) In der handschrift ist von *ministrasti* bis *ordines* einschliesslich alles ausgefallen.

6) Die handschrift hat *contacta.*

7) Anstatt *eius pretextu* hat Ludolf und die baumgartenb. summa: *propter predictam negligenciam.*

8) Ludolf und die baumgartenb. summa: *iustus et misericors est et.*

Digitized by Google

sanat temperat ac reformat. sane *cum* inter *nos ob* defectus uarios et casus multiplices atque casus quibus alienamur a domino, exigentibus culpis nostris, non numquam in ecclesia militante pro patrum delictis puniuntur[1]) filii, et paterne condicionis senciunt[2]) detrimentum, dum presbiterorum filii *ab* utriusque iuris, diuini uidelicet et humani, legibus *alieni* ab actibus legitimis amouentur,[3]) et precipue a suscepcione sacrorum ordinum per sacros canones repelluntur.[4]) super huiusmodi igitur inperfectione seu defectu natalium, fili dilecte,[5]) subueniri tibi per dispensacionis remedium[6]) a sede apostolica petiuisti. nos proinde pia consideracione pensantes, quod licet condicio *hominum* uaria *sit*, omnium tamen eadem est natura; considerantes nichilominus, quod — cum racio[7]) omnium debeat esse mater — ipsa ad propositum uoti tui ad nos euidenter et efficaciter interpellat, cum sis honeste uite, conuersacionis laudabilis, eminentisque litterature, et per consequens bone fame, ita ut perfectioni tue id solum deesse quod postulas uideatur, defectum quem tibi[8]) natalis qualitas attulit et inflixit eius auctoritate cuius uicem gerimus[9]) quique naturarum[10]) opifex est et auctor[11]) amputamus et abscidimus,[12]) tecum super receptis et recipiendis sacris ordinibus, prelaturis etiam ab episcopatu[13]) infra, in nomine domini dispensantes, et quantum ad hec et alia que uiri sunt perfecti te legitimum iudicantes, a legitimis actibus censemus et precipimus non repelli.

mus, tecum super receptis dignitatibus et ordinibus sev recipiendis quibuscunque in nomine domini dispensantes, et te ex nunc et in antea legittimum iudicantes ab actibus legittimis censemus et precipimus in posterum non repelli. harum testimonio litterarum.

Datum etc.

1) Das baumgartenb. werk: *puniantur.*
2) Das baumgart. werk: *senciant.*
3) Die baumgartenb. summa: *amouantur.*
4) Die baumgartenb. summa: *repellantur.*
5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *fili in Christo dilecte.*
6) Die baumgartenb. summa: *graciam.*
7) Lud. C: *racio id est racionabilis status uel uita uel conuersacio.*
8) Ludolf und die baumgartenb. summa: *quem ista.*
9) Ludolf und die baumgartenb. summa: *gerimus in terris.*
10) Lud. A: *qui naturalium.* B und C wie die baumgartenb. summa: *qui natalium.*
11) Die baumgartenb. summa: *rector.*
12) Das baumgartenb. werk: *precidimus.*
13) Lud. C: *ordinibus etiam et in prelaturis et in episcopatu.*

Digitized by Google

52. Dispensacionis littera.

Gregorius etc. dilecto in Christo archiepiscopo etc.

Sedes apostolica consueta liberalitate consueuit sibi iuste et pie supplicantibus non deesse, ita sue disponens et dirigens moderamina potestatis, quod misericordiam iudicio preferat, et rigori graciam, non ius [1]) miseracionibus anteponat.

Sane accedens ad sedem apostolicam B clericus, presencium exhibitor, humili nobis confessione[2]) monstrauit, quod una cum suis coetaneis hastiludium exercentibus ipse interfuit in quo ludo sicut idem asserit fuit omicidium perpetratum.

Licet igitur dictus clericus de rigore iuris nec ad alciores procedere nec in susceptis possit ordinibus ministrare, quia tamen bone spei est et conuersacionis honeste, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, ut perquiras super premissis diligencius ueritatem.

Et si [3]) inueneris dictum clericum non manu propria homicidium perpetrasse, set tantum interfuisse et operam non dedisse rei illicite, iniuncta sibi prius penitencia conpetenti, auctoritate apostolica secum dispenses, ut in susceptis tantum ordinibus amministret, et non attingat nec appetat alciores.

Alias si manu propria homicidium perpetrauit, propter inmanitatem criminis et [4]) exempli perniciem nec ad alciores accedere nec in susceptis debet ordinibus ministrare.

53. Dispensacionis littera.

A dei gracia etc.

Litteras et mandatum sedis apostolice recepimus in hac forma. *Gregorius* etc. *sedes apostolica*, ut supra per totum.

Nos igitur, secundum tenorem mandati apostolici super premissis perquisita diligencius ueritate, cum inueniremus te quantum actum personalem de perpetrato homicidio innocentem ueraciter, auctoritate nobis specialiter delegata super execucione officii tui tecum in nomine domini dispensamus.

Et ut possis uti in testimonium litteris apostolicis atque nostris, earum seriem de uerbo ad uerbum inferri iussimus presentibus, et sigilli nostri munimine roborari.

54. Item dispensacionis littera.

Gregorius etc. **Gregorius episcopus etc. tali magistro etc.**

1) Cod. *graciam ius ius.*
2) Cod. *humilis nobis confusione.*
3) In der handschrift fehlt *si.*
4) In der handschrift fehlt *et.*

Digitized by Google

Sedes apostolica, *que liberalitate vberrima vtitur in subiectis*, crebra tue deuocionis obsequia grato inspiciens intuitu pariter et affectu,[1]) sicut inter deuotos te deuociorem inuenit, sic non inmerito ampliori gracia *pariter et affectu* iudicat non indignum.

Hinc est quod nos, qui affectu speciali et precipua te amplectimur karitate,[2]) de consueta benignitate sedis apostolice dominacioni[3]) tue auctoritate dei omnipotentis et apostolorum Petri et Pauli misericorditer indulgemus, ut cum septem tuis clericis super habendis pluribus beneficiis possis auctoritate presencium dispensare, etiam obstante constitucione edita in concilio generali, hoc cauto quod hii quos huiusmodi gracia iudicat non indignos ultra duo beneficia curam animarum annexam habencia nullatenus consequantur.

eius Petri et Pauli tecum super habendis pluribus beneficiis tenore presencium misericorditer dispensamus, ita tamen ut ultra duo beneficia curam animarum habencia nullatenus consequaris.

Datum etc.

55. Item dispensacionis littera.

H dei gracia etc.

Litteras domini pape specialis gracie recepimus in hac forma. *Gregorius episcopus* etc. *venerabili archiepiscopo* etc. *sedes apostolica* etc. ut prius.

Considerato proinde tue sinceritatis seruicio,[4]) quod non sine laboribus et expensis nobis et ecclesie pluries iam fecisti huius gracie participem te esse uolumus, ut sicut etc.

56. Indulgencie littera.

Gregorius dei gracia etc.

Uera et eterna eterni patris sapiencia, que gyrum cel

1) Ludolf: *obsequia grata pariter et affectum respiciens.*
Die baumgartenb. summa: *obsequia grata et affectuosa considerans.*

2) Das baumgartenb. werk: *nos t ob tuorum exigenciam meritorum a fectu complectentes speciali.*

3) Cod. *donacioni.*

4) Cod. *tui sinceritatis seruicii.*

Digitized by Google

sola ab inicio et ante secula circuit, et in fluctibus maris ambulauit, cuius in semetipsa iustificata sunt etc.

Attendite proinde et uidete operosis sumptibus inchoatam et tarde surgentem structuram magdeburcgensis ecclesie, matris nostre. et sicut deuocionis filii — ruinas eius pro posse et uiribus erientes — exemplum facti et forma boni operis gregi uestro, uestre conmissos curie et sollicitudini deputatos ad succurrendum operi memorato uerbis et operibus inuitate, ut ostendatis uos decorem diligere domus dei, et locum habitacionis glorie eius ore simul et corde et bonorum operum efficacia uenerari.

Nos igitur, cooperantibus infirmitati nostre beati Mauricii et omnium sanctorum patronorum nostrorum meritis, omnibus qui de bonis sibi a deo concessis pro deuocione eius et uiribus benefecerint operi memorato xl dies uenialium et x carrinas de iniuncta sibi annuali penitencia eorum peccatorum de quibus uere confessi fuerint et contriti misericorditer indulgemus, eo dante etc.

57. Littere indulgencie.

℣ dei gracia talis archiepiscopus omnibus in sua prouincia constitutis salutem in uero salutari.	*W dei gracia talis episcopus omnibus in sua dyocesi constitutis salutem in omnium salutari.*

Sanctarum mencium inuisibilis habitator, [1]) corona certancium, et martirum palma, candidus [2]) innocencie puritate, rubicundus indumentis sacre sue passionis sanguine rubricatis, sponsam suam [3]) sanctam matrem ecclesiam pie propiciacionis et consuete miseracionis munere locupletat, salutes amplificans plebis sue spiritualibus adiumentis, multiplicando eorum numerum qui ueri agni innocenciam uerbo predicant pariter et exemplo, qui exuti pompis secularibus egentes angustiati [4]) afflicti et per omnia speculum mundo facti.

Hinc est quod nos, quos licet inmeritos superni prouidencia conditoris ad pastoralis extulit sollicitudinis dignitatem, specialiter asscribimus dono, quod cum oculi eius nostrum uideant inperfectum, [5]) insufficienciam nostram eorum

1) Ludolf und die baumgartenb. summa: *sanctorum inuisibilis inhabitator.*

2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *sponsus sancte matris ecclesie candidus quidem.*

3) Das baumgartenb. werk: *rubricatus sancte passionis sanguine vbertatis sue sponsam.*

4) Die baumgartenb. summa: *angustiis.*

5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *dono eius cuius oculi nostrum aspiciunt inperfectum.*

Digitized by Google

numero releuat et labore qui calcatis illecebris huius mundi auctori omnium iugiter famulantur, et nobis de qualitate diffidentibus meriti sanctarum suarum oracionum patrocinio suffragantur, ea que nostra grauia sunt humeris nobiscum karitate continua subleuantes, in quorum sancta conuersacione et exemplis irreprehensibilibus et perfectus aspicit quod conmendet et adhuc in infirmitate positus quod sequatur.

Sane sanctificacionis auctori gracias referimus, et in secula benedicimus nomen eius, quod [1]) nostris temporibus terminos nostre sollicitudini deputatos aliquantis ordinis fratrum minorum [2]) domibus benedixit,

quorum uitam deo placitam et acceptam nec non et ecclesie fructuosam ipsorum opera predicant et ostentant. sanctificari enim cum sanctis speramus, et fieri cum innocentibus innocentes.

qui calcatis mundi illecebris auctori omnium iugiter famulantur, et nobis de qualitate meritorum diffidentibus sanctarum oracionum suarum patrocinio [3]) ***suffragantur. sanctifi-***

Cum igitur ob eius amorem, quem dicti [4]) fratres sermonis officio predicant et exempli ueritate pauperem [5]) pauperes [6]) imitantur, ipsum ordinem interne [7]) caritatis uisceribus [8]) amplectamur *et amemus*, rogati ab ipsis fratribus, quo aput Misnam dominus adunauit, ecclesiam uel oratorium ipsorum ad honorem dei [9]) et sancte matris eius et gloriosi confessoris Francisci et omnium sanctorum in primo kalendas maii dedicauimus, cooperante nobis gracia spiritus septiformis secundum quod officii nostri [11]) debitum exigebat.

oratorium eorunden in tali ciuitate con stitutum ob honore dei et beate matri eius in kalendis [10]

---

1) Ludolf und das baumgartenb. werk: *qui.*

2) Die baumgartenb. summa: *deputatos fratrum N ordinis.*

3) Lud. C: *patrocinia.*

4) Die baumgart. summa: *iidem dilecti.*

5) Lud. A: *et exemplum uerum pauperum.* B: *et exemplo ueritate pauperum.* C: *in exemplo etiam ueritatis pauperem.* Das baumgartenb. werk: *et exem plo vere paupertatis pauperem.*

6) In der baumgartenb. summ fehlt *pauperes.*

7) Lud. A und C wie die baum gartenb. summa: *eterne.*

8) Ludolf und das baumgarten werk: *brachiis.*

9) Lud. B: *dei omnipotentis.*

10) Ludolf hat auch: *in kalendis*

11) Lud. A: *nostrum.*

Digitized by Google

Et ut huius dedicacionis memoria sollempnior habeatur, ac cum deuocione et reuerencia a Christi fidelibus celebrius frequentetur, utque sicut fides in ipsa dedicacionis die confluencium deuocionem generat sic et deuocio humiliter et deuote confluencium meritum siue graciam afferat et aportet, auctoritate nobis a deo concessa, cooperantibus infirmitati nostre sanctorum meritis,[1] omnibus qui in dicte dedicacionis die ad dictorum fratrum ecclesiam conuenerint[2] humiliter et deuote unam carrinam et xl dies[3] *terminalium* de iniuncta sibi penitencia eorum peccatorum de quibus uere[4] contriti fuerint et confessi annis singulis misericorditer indulgemus,[5] eo dante et per nostrum ministerium indulgente qui est uere miserator et misericors in maiestate etc.

Datum anno domini etc.

58. Littera indulgencie.

Speciosus forma pre filiis hominum, in cuius labiis gracia diffunditur, et de cuius plenitudine omnes accepimus animarum simul et corporum medicos et medelam, antiqui serpentis uersuciis, qui tanquam leo rugiens circuit, etc.

Hinc est quod nos, pia deuocione pensantes pauperum simul et diuitum immo tocius terre comodo plurimum deperire in uastacione pontis[6] Dresde, qui annis quidem singulis inundacione leditur, et hoc anno ultra solitum enormiter est uastatus, ita quod ad reparacionem sui labores exigit et expensas, necessitati terre et eorum saluti qui peccata sua elemosinis redimere sunt parati paterna sollicitudine prouidentes, hortamur in domino et Christi fidelibus in remissionem iniungimus peccatorum, ut ad reparacionem eiusdem pontis de bonis sibi collatis a deo grata subsidia largiantur.

Et ut fructum sue deuocionis intelligant et cognoscant, de dei et sanctorum eius confisi misericordia, etc.

59. Item littera indulgencie.

Quoniam, ut ait apostolus, inuidia diaboli mors intrauit

1) Ludolf und die baumgartenb. summa: *nostre eorum meritis qui in dicte dedicacionis die deo ibidem deseruiunt* (das baumgartenb. werk: *famulantur.*)

2) Ludolf: *in die dedicacionis iam dicti oratorii conueniunt.*

Baumgartenb. A: *in eiusdem dedicacionis die ad dictum monasterium conueniunt.* B: *et omnibus qui humiliter et deuote ibidem conuenerint.*

3) Lud. B: *et decem dies.* C: *et xx dies.*

4) Cod. *uarie.*

5) Ludolf: *relaxamus.*

Das baumg. werk hat nur: *penitencia misericorditer relaxamus.*

6) Cod. *uastacione dresde.*

Digitized by Google

in orbem, quia originalis peccati maculis deletis uiuifici baptizantis sacramento coronam etc.

Hinc est quod nos, qui prouidencia conditoris licet inutiles et indigni in domo eius uocati sumus ad honus officii pastoralis, uenerabilium patrum A et B — qui ecclesiam sancte crucis in Misna in die exaltacionis sancte crucis specialibus quiuis indulgenciis dotauerunt — uestigiis inherentes, de dei omnipotentis misericordia et sanctorum, auctoritate nobis a deo concessa omnibus qui ad dictum monasterium in die exaltacionis sancte crucis humiliter conuenerint et deuote, et de bonis sibi a deo concessis surgentem eiusdem ecclesie structuram adiuuerint, que sumptibus indiget et expensis, xl dies penitencie et unam carrinam eorum peccatorum de quibus uere confessi fuerint et contriti annis singulis misericorditer indulgemus, ad laudem et gloriam et honorem etc.

60. Item littera indulgencie.

C dei gracia etc.

Sicut in corporis medicina, emergentibus in ipso nouis et diuersis morbis, cum ac diuersa antidota preparantur, illa solent maxime desiderari, et desiderata sumi sepius cum affectu, que nimirum auctoritatis excellunt preminencia, et ex eo quod aliquando fuerunt crebrius et efficacius profutura, sic etc.

Ut igitur ad subueniendum ecclesie fiat uberior et promocior deuocio et uoluntas, si uiderint opus pietatis a se inpensum sibi prouenire ad suorum remedia peccatorum, auctoritate dei omnipotentis et officii qua fungimur omnibus qui eidem ecclesie benefecerint de penitencia illa que uulgariter iarvaste dicitur ego A megdeburcgensis archiepiscopus xv dies, et nos episcopi singuli x dies liberaliter indulgemus, sperantes quod ex eo etc.

61. Item littera indulgencie.

Licet ille inconprehensibilis et inmensus, cui anima fidelis hospicium, cui mens pia est templum, materiali uel manufacto nequeat habitaculo conprehendi, set in omni loco etc.

Sane uniuersitati uestre incognitum non extitit, qualiter maior ecclesia misnensis super ueniente repentino incendio grauiter sit collapsa, et ad sui restauracionem multis indigeat laboribus et expensis.

Et est iustum et consonum racioni, ut uos tamquam adoptacionis filii condescendatis conpassionis uisceribus matri [1]) uestre tam per uos ipsos ad exemplum [2]) subditorum quam

1) Cod. *mue* mit dem striche über *mu*. 2) Cod. *exemplorum*.

Digitized by Google

etiam per subditos, per exhortacionis alloquium deiectionem eius uerbo et opere subleuantes.

Ea propter exhibitores presencium, nuncios ecclesie atque nostros, caritati uestre cum attencione et diligencia conmendamus, mandantes ut ipsos recipiatis magnifice, et honorifice pertractetis, nullum eis de dandis nobis porcionibus tedium facientes, immo omnem ipsis in facto peticionis ad restauracionem dicte ecclesie adhibentes operam quam potestis.

Mandamus insuper, et de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, ut ab hoc die in anno nullos recipiatis petitores in uestris ecclesiis preter istos, nisi de nostra licencia speciali. omnium enim petitorum litteras de certa sciencia reuocamus, exceptis pontis indulgenciis, quas omnes ratas haberi uolumus, et nuncios eius recipi pariter et audiri.

Ut autem deuocionem eorum fructus debitus consequatur, qui dictos nuncios receperint et audierint etc.

62. Item littera indulgencie.

Elemosina uiri quasi sacculus est cum eo, et quasi pupilla occuli omnem eius graciam conseruabit. super scutum enim potentis et lanceam aduersus inimicum erit etc.

In urbe Roma non longe a liminibus beati Petri apostolorum [1]) principis felicis et clare memorie dominus Innocencius papa domum instituit hospitalem. que domus proprio nomine sancti spiritus appellatur. cui domui multa et magna est familia pauperum et egrorum, multa numero, magna sumptu. cui mater familias ipsa, uidelicet pietas prouisorum, licet quicquid inpendere ualeat inpendat, non sufficit tamen sumptui tanti operis et laboris. est enim familia cunctarum gencium et uelud omnium nacionum in frequenti multitudine peregre ad Urbem ueniencium de finibus orbis terre. ager iste non solum secundum graciam a sede apostolica sibi datam fertilis est admodum et fecundus per opera misericordie que largiter erogat [2]) et inpendit: et tocius fere mundi finibus in suis peregrinacionibus fructuosus, pauperes eius recipit et infirmos, dum ipsos operibus illis pascit ex quibus nouissima extremi iudicii sentencia proferetur.

Rogamus igitur uniuersitatem uestram, et uniuersos uos et singulos in Christo Jesu salubriter exortamur, quatinus latores litterarum domini apostolici et litterarum domini nostri archiepiscopi et nostrarum [3]) beniuole ac cum benignitate [4])

1) Cod. *apostoli.*
2) Cod. *erogant.*
3) Cod. *nostrorum.*
4) Cod. *ac enigmate.*

Digitized by Google

curetis recipere, de facultatibus uestris ita prefate domui succurrentes, ut indulgencie huius large participes esse possitis, et per hec et alia opera uestra bona — preuio sancto spiritu — consortes esse mereamini ciuium supernorum.

Presentis autem negocii nuncii principales ad singulas barrochias non discurrent, eo quod discursus huius modi minus eis decens et minus expediens uideatur. unde in hac uestra dyocesi modum agendi seruare proponunt quem in aliis diocesibus seruauerunt, ut uidelicet archidiaconi uocent plebanos aliquos ad locum aliquem oportunum, ubi litteras apostolici et indulgencias que continentur in illis uideant et audiant, simul ille et ille, et sic [1]) alii similiter ad locum alium euocati, donec litteras ipsas audiant uniuersi. qui autem eas [2]) audierunt, recipiant summas indulgencie in aliquo breui scripto, et ipsum [3]) suis subditis exponant, ipsosque ad contribuendas elemosinas fideliter et salubriter exhortentur, adhibitis quoque sibi duobus fidelibus laicis parrochialibus suis, sub quorum testimonio recipiant et presentent archidiaconis contributa. archidiaconi uero reseruent illa [4]), donec exiguntur ab ipsis per manus principalium nunciorum.

Rogamus igitur fraternitatem uestram, quatinus hec ad honorem dei et ecclesiarum nostre dyocesis et ad obtinendum super hiis meritum salutare per uos et per uestros nuncios prouidos et fedeles efficaciter exequi studeatis.

63. Item littera indulgencie.

E dei miseracione etc. dilectis in Christo prelatis ecclesiarum plebanis et sacerdotibus uniuersis per brandenburcgensem diocesim constitutis in salutis auctore salutem.

Filius dei deus qui et filius hominis homo deus in diuersorio [5]) nascitur, et etc.

Cum igitur plantator idem et uindemiator et uinitor Jesus Christus uineam hanc, ecclesiam uidelicet suam, nouis semper palmitibus innouet et extendat, nunc nouos quosdam palmites — actenus [6]) modicos et paucos — in hac diocesi nostra in territorio Blezeke dignatus est inprimere terre sue, [7]) quos speramus et credimus per ipsius graciam in [8]) uineam

1) Cod. *simul ille et sic.*
2) Cod. *eos.*
3) Cod. *ipsam.*
4) Cod. *illi.*
5) Cod. *deus de indiuersorio.*
6) Cod. *ac teneros.*
7) Cod. *siue.*
8) Cod. *et.*

Digitized by Google

fructiferam propagandos in laudem ipsius et gloriam, in uestrum quoque perfectum pariter et salutem.

64. Item littera indulgencie.

Sicut terebintus producit et extendit ecclesia ramos suos. et flores eius fructus honoris pudicicie uirginalis, fructus honestatis continencie uidualis. unde fit, ut multe filie etc.

Ecce nunc in Livebúrch nouo partu fecundam filiam peperit et produxit, congregacionem uidelicet ancillarum Christi secundum obseruaciones regule cisterciensis domino seruituram.

Unde quia nichil est in suo principio etc.

65. Item indulgencie littera.

A dei gracia etc. salutem in eo qui neminem uult perire.

Aperto lancea militis latere crucifixi sanguis redempcionis et aqua remissionis efluxit, sanguis precium, et aqua lauacrum, sanguis redimens, aqua lauans. et semel etc.

Cum itaque peccatores ad huius aque fluenta multis sacre scripture clamoribus inuitentur, uos ut assumatis arma ipsius, deuocionem uestram attencius inuitamus.

Nostis enim, quod ecclesia magdeburcgensis — mater nostra — peccatis nostris exigentibus incendio concremata multis eget inpendiis ad structuram et magnitudinem operis inchoati, quod certe nullatenus ad consumacionem poterit peruenire, nisi succursu fidelium adiuuetur.

Proinde caritatem uestram monemus rogamus et in domino salubriter exhortamur, ut ad redempcionem peccaminum accurrentes prefato operi ecclesiarum nostrarum subsidia conferatis.

Nos autem, ne ministerium uestrum nostro ministerio non iuuetur, uolentes ut cum datis timpanum sumatis et psalmum, et cum temporalium semina spargitis messem spiritualium colligatis, auctoritate dei etc. graciam pro gracia uobis rependentes, omnibus corde contritis et ore confessis etc.

66. Priuilegium donacionis.

Gregorius etc. dilecto in Christo preposito et ecclesie sancte Marie uirginis in Magdeburc etc.

Misticis misteriis iure deseruit *et famulatur* misticus intellectus. et figura preambulat[1]) ueritati. postquam ipsius apparet proprietas[2]) ueritatis, *tunc iam* non ueritas, set ueritatis fuisse

1) Ludolf und die baumgartenb. 2) Lud. A: *iustitia proprietas.* summa: *preambula.*

Digitized by Google

signaculum [1]) demonstratur. equidem [2]) dyadema capitis Aaron preciosum in mosaice legis umbra Christo [3]) apparente in gloria claritatem et decorem significat eius sponse que uoce sponsi uocatur et uenire inuitatur [4]) de Libano coronanda, que *etiam* uocata *a* uocibus prophetarum [5]) et tracta [6]) gloriosis apostolorum et sanctorum predicacionibus et exemplis sequitur sponsum suum, discurrens *iugiter* in odore unguentorum eius, et sub umbra illius quem desiderauerat residens et quiescens suscepit de manu eius duplicia, regnum decoris et dyadema candidissime spei, sicut tota sponsa formosa [7]) efficitur, [8]) in qua nulle prorsus macule deformitatis [9]) reperiuntur. proinde huius sponse ministri, [10]) immo uerius membra [11]) eius, imitari debent innocenciam et decorem, et in illius circulo diadematis per quem figuratur perfectio caritatis ad similitudinem gemmarum in auro innocencie reclusarum sicut lucerne ardentes pariter et lucentes, ardentes in opere, lucentes boni exempli quantum ad proximos puritate, sustentare desiderando et desideranter sperando appetere tronum qui ut dicit auctoritas in capite suo coronam stellarum duodecim proferebat. uerum in figura illius inmarcessibilis spei et corone glorie quam se diligentibus ueritas repromisit **uidelicet** pontifices et pastores, secundum quod dignitatis qualitas exigit et requirit, presens ecclesia glorificat et coronat, ut qui dignitate sunt ceteris celsiores, [12]) prerogatiue sue [13]) specialibus [14]) insigniis insigniti, sicut dignitate [15]) preeunt [16]) atque presunt, sic [17]) et ornatus preminencia prefulgeant *ceteris* et precellant, [18]) tanto amplioris gracie sibi collate

1) Lud. C und das baumgartenb. werk: *miraculum uel signaculum.*
2) Das baumgartenb. werk: *siquidem.*
3) Bei Ludolf fehlt *Christo.*
4) Das baumgartenb. werk: *vocatur vt veniat.*
5) Das baumgartenb. werk: *angelorum.*
6) Ludolf: *contracta.* die baumgartenb. summa: *attracta.*
7) In der handschrift fehlt *formosa.*
8) Das baumgartenb. werk: *repperitur.*
9) Die baumgartenb. summa: *indecencie.*
10) Ludolf und die baumgartenb. summa: *ministros.*
11) Lud. B und die baumgartenb. summa: *umbra.*
12) Ludolf und das baumgartenb. werk: *digniores.*
13) Das baumgartenb. werk: *specialis.*
14) Die baumgartenb. summa: *specialiter.*
15) Ludolf und die baumgartenb. summa: *auctoritate.*
16) Die handschrift hat *prodeunt.*
17) Cod. *sicut.*
18) Ludolf: *excellant.*

Digitized by Google

domino debitores, quanto plus ab ipso potestatis super alios ac ornatus multiplicis ac diuersi pre aliis acceperunt.

Hinc est quod — fili preposite [1]) — ob eius reuerenciam et honorem qui est corona certancium, et martirum palma, cuius etiam uicem in terris indigni [2]) gerimus, uolentes speciali prerogatiua dotare ecclesiam beate ac gloriose [3]) uirginis, [4]) et specialem ei [5]) auctoritate apostolica honorem addere [6]) pariter et decorem, concedimus [7]) ac donamus tibi ac tuis successoribus canonice intrantibus [8]) usum infule, ut ipsa infra ecclesiam tuam intra officia diuinorum [9]) utaris honorifice et decenter, cirothecas tibi et usum [10]) dalmatice [11]) auctoritate simili et eadem gracia [12]) concedentes.

Monemus igitur in spiritu lenitatis, ut uerbo et opere et exemplo tantis insigniis te conformes, et sicut homo exterior materialibus et corruptibilibus insignitur, sic homo tuus interior auro caritatis et luce bone operacionis — per uirtutum compendia gradiens et incedens — illam inmarcessibilem eterne glorie coronam mereatur cum deo placentibus adipisci in illa resurrectione bona ubi inmortalitatem nostra mortalitas induet, nullam sustinebit nostra presens corrupcio eternaliter corruptelam.

67. Priuilegium donacionis.

Gregorius etc. dilectis in Christo filiis, capitulo herbipolensi etc.

Lumen illuminans, lux uera, sue lucis radio purificans omnem hominem uenientem in hunc mundum, stella etc.

Sane speciali affectu et caritate precipua inter nobilissima romane ecclesie membra uelud eminentis lucerne radium paterno

---

1) Ludolf und die baumgartenb. summma: *dilecte in Christo fili abbas talis loci.*

2) Ludolf und die baumgartenb. summa: *licet indigni.*

3) In Lud. A und in der baumgartenb. summa fehlt *ac gloriose.*

4) Ludolf und das baumgartenb. werk fügen bei: *in tali loco.*

5) Cod. *et spreti eius.*

6) Cod. *adtere.*

7) Ludolf und die baumgartenb. summa: *auctoritate dei omnipotentis et apostolorum eius Petri et Pauli concedimus.*

8) Lud. C: *ministrantibus.*

9) Lud. C und die baumgartenb. summa: *diuina.*
Lud. A und B: *diuina officia diuinorum.*

10) Ludolf und das baumgartenb. werk: *cirothecarum usum tibi et.*

11) Das baumgartenb. werk: *dalmaticarum.*

12) In Lud. C fehlt *gracia.*

Digitized by Google

affectu oculo interne dilectionis herwipolensem ecclesiam specialiter intuentes, ipsam — sicut est inter deuotas deuocior — sic inter excellentes magis esse uolumus excellentem. quam quia semper in preparacionem ewangelii promptam inuenimus et paratam, in sue deuocionis testimonium decore et pulcritudine pacem ewangelisancium uidetur non iniuste [1]) insigniri.

Hinc est quod — consueta liberalitate sedis apostolice [2]) flores decoris ecclesiastici et lilia diuiciarum eius in plateis ipsius secundum dignitatum et meritorum eius exigenciam diuidentes — magdeburcgensis ecclesie prerogatiua speciali concedimus et donamus, ut tu — frater preposite, decane, uosque filii canonici — pedulibus et scandalibus utamini diebus dominicis et festiuis, exhibentes uos etc.

68. Item priuilegium donacionis.

Gregorius etc. dilecto in Christo preposito sereni montis et ecclesie et capitulo eius etc.	**Gregorius episcopus etc. dilecto in Christo filio preposito et capellano eius etc.**	*Gregorius episcopus seruos seruorum dei dilecto in Christo filio D venerabili abbati et capitulo talis loci salutem et apostolicam benedictionem.*

Sedes apostolica quemadmodum latos [3]) et latissimos habet terminos potestatis, ab eo uerissime [4]) descendentes qui in celis et in terris omni potentatui dominatur, cuius potestas nec incipit nec finit [5]) in secula, sic etiam racionabiliter atque iuste latitudinem potestatis largitatis magnificencia locupletat. thesaurus enim eius indeficiens perseuerat, ipsaque largiendo et distribuendo hylariter quem habet thesaurum dicior efficitur, dum [6]) magnificando membra sua ex eorundem membrorum magnitudine gloriosior [7]) honoratur.

Hinc est quod nos, tua et fratrum tuorum deuocione sedula prouocati, ad honoris tui culmen et ecclesie tue comodum et profectum specialis tibi munus gracie feliciter exhibentes, inmediate te apostolica gaudere protectione uolumus et tutela, eximentes te et ecclesiam tuam ab omni iure metropolitani et diocesiani, ita ut ad nullum respectum habeas tu et ecclesia

---

1) Cod. *uidentes.*
2) Cod. *sedes apostolica.*
3) Ludolf und das baumgartenb. werk: *largos.*
4) Lud. A: *largissime.*
5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *desinit.*
6) Cod. *de.*
7) Ludolf und die baumgartenb. summa: *tanquam gloriosior.*

Digitized by Google

tua et tui [1]) intrantes canonice successores preterquam ad romanum pontificem in omnibus tuis negociis atque causis, nec cuiquam liceat [2]) in ecclesia tua interdicti sentenciam [3]) ponere, nec quemquam de personis eius [4]) anathematis animaduersione punire, nisi de licencia sedis apostolice speciali.

In uirtute igitur [5]) sancti spiritus et sub obtestacione [6]) districti examinis precipimus et mandamus, ut nullus omnino hominum huius exempcionis priuilegium [7]) minuat uel infringat. [8])

Quod si quis attemptauerit, indignacionem dei omnipotentis beatorum quoque Petri et Pauli apostolorum et nostram se nouerit incursurum.

69. Priuilegium uisitacionis.

Gregorius etc. dilecto in Christo magdeburcgensi archiepiscopo etc.

Eberhardus [9]) episcopus etc. uenerabili in Christo fratri W parisiensi episcopo et dilecto in Christo filio abbati sancti Victoris etc.

Gregorius episcopus seruos seruorum dei dilecto in Christo filio tali episcopo etc.

Super custodia gregis a domino crediti sollicite vigilantes, ad ipsum salutaribus pascuis nutriendum — quantum nobis conceditur diuinitus — laboramus, non inmerito formidantes examen diuini iudicii et districti iudicis qui perditum [10]) sanguinem subditorum sub dure racionis calculo repe-

1) In Lud. A fehlt *tui*.
2) Lud. A: *ut nunquam liceat cuiquam*. B und B: *nec unquam alicui* B: *cuiquam*) *liceat*.
Die baumgartenb. summa: *et vt unquam liceat alicui*.
3) Ludolf: *interdictum*.
Das baumgartenb. werk: *interdictum ponere qualecunque*.
4) Lud. C: *tuis*.
5) Lud. B und C und die baumgartenb. summa fügen bei: *et gracia*.
6) Ludolf und das baumgartenb. werk: *attestacione*.
7) Ludolf und das baumgartenb. werk: *libertatem*.
8) Die baumgartenb. summa: *inminuere aut infringere audeat quoquo modo*.
9) B und C: *Gregorius*.
10) B: *peratum*.

Digitized by Google

tet a prelatis, dicens per prophetam: ecce ipse requiram oues meas, et visitabo illas sicut visitat pastor gregem suum. cuius sane visitatoris [1]) *labia indignacione sunt plena, lingua eius quasi gladius deuorans. citauit nos in voce qrchangeli in tuba nouissima ad concilium generale, vt vniuersis suorum inpendat stipendia meritorum. quis igitur stare poterit*

Ecce deus sempiternus et dominus, qui fundauit terminos orbis terre, citans [2]) nos in uoce archangeli et in nouissima tuba ad generale concilium, ut uniuersis inpendat suorum stipendia meritorum. labia eius indignacione sunt plena, et lingua ipsius [3]) quasi ignis deuorans. et quomodo dormientes et amantes sompnia, iacentes in lectis eburneis et lasciuientes in cubilibus suis, diem aduentus eius cogitabunt, aut stare poterunt ad uidendum ipsum, cum reuelabuntur omnia abscondita tenebrarum, et infelix ipsorum [4]) nuditas apparebit? non erit locus ubi lateant miseri, nudi stantes ante tribunal Christi, ut audiant uocem iudicii qui ad uocem obdurauere consilii aurem suam. ad confusionem igitur perpetuam euitandam, et declinandos sempiternos ardores ac cruciatus eternos, oportet omnes qui assumpti sunt ad agrum dominicum excolendum granum a palea flagello debite correctionis [5]) excutere, et a fruge dominica [6]) cizania separare, ne electos contagium [7]) tante corrupcionis inficiat, et filios dei cum filiis huius mundi hora repentine calamitatis *irretiat* [8]) *et* inuoluat.

Sane inter alias ecclesias nobis subditas monasterium tale ordinis cysterciensis circa dispensacionem temporalium ac cultum ecclesiastice reue-

1) B: *visitacionis.*
2) Lud. A: *quique citauit..* B und C: *quique citabit.*
3) Ludolf: *meritorum. sicut timemus indignacione est plenus. lingua enim eius.*
4) Die baumgartenb. summa: *impiorum.*
5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *palea per correctionis flagellum.*
6) Baumgartenb. B: *triticea.*
7) Baumgartenb. A: *fator.* B: *fex.*
8) B: *reitiat.*

Digitized by Google

Quo circa tibi, frater, per apostolica scripta in uirtute obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus omni mora et occasione postpositis primo incipiens a te ipso, torporem desidie et negligencie teporem omnimodo deponendo, ne bouis stercore lapidatum incipiat dominus uomere[3]) de ore suo, uiriliter arma spiritualia — gladium et ignem — assumens, incipias parietem fodere, ut apareat gemmarum iubar,[4]) et radius lucis uibret interius et ad uindictam exigat umbram mortis, monachos moniales, regulares et seculares, canonicos ac clericos alios tue pro-

Quo circa uobis per apostolica scripta mandamus et in uirtute obediencie districte precipimus, quatenus primo a uobis incipientes torporem desidie et negligencie deponendo arma spiritualia uiriliter induatis. abbatem sancti Germani et ecclesiam eius in finibus ciuitatis uestre et conuentum eius efficaciter corrigentes studiosius uisitetis.

rencie nobis[1]) *collapsum adeo refertur a multis, quod*[2]) *ad veritatem status eiusdem ecclesie cognoscendam et ad reformacionem eius necessariam properantibus gressibus compellimur festinare.*

Quapropter tibi per apostolica scripta mandamus et in virtute sancte obediencie districte precipimus, quatenus primo incipiens a te ipso torporem desidie et negligencie deponere armis spiritualibus viriliter induaris, et ad predictum monasterium personaliter accedens super toto statu ipsius tam in capite quam in membris inquiras plenam et integram veritatem, corrigens auctoritate nostra quicquid pena et correctione dignum tua karitas invenerit in eodem, contradictores quoslibet et rebelles auctoritate simili per censuram ecclesiasticam compescendo.

1) B: *non.*
2) B: *ut.*
3) Cod. *do* (mit dem übergeschriebenen abkürzungszeichen für *us*) *uenerire.*
4) Cod. *apareant gemmina uiperarum.*

Digitized by Google

uincie efficaciter corrigens tam in capite quam in membris.

Cum autem prelati ecclesiarum sepe propter occasiones seu occupaciones multiplices non sufficiant ministrare populo uerbum, et statutum ob hoc fuerit in generali concilio, ut ad sancte predicacionis affectum salubriter exequendum uiri assumantur ydonei, potentes in opere et sermone, qui plebes sollicite uisitantes eos uerbo edificent et exemplo, aliquos de clericis tue prouincie tibi associari procures, qui tui cooperatores et coadiutores in quibus expedit existentes tam uerbo predicacionis quam uisitacionis officio tibi suffragium conuenienter inpendant, ut tua et ipsorum sollicitudine muri Ierusalem et templum domini reparentur.

Modus autem uisitacionis talis erit. In conuentu stabitis per duos dies. et in capitulo[1]) maiori-

1) A: *capitolio.*

bus negociis coram nobis tractatis et correctis, quidquid in choro uel in refectorio uel in claustro[1]) deformitatis uideritis in spiritu lenitatis salubriter corrigatis.

Si uero quicquam difficultatis emerserit, quod uideatur per te ac clericos ipsos expediri non posse, illud ad sedem apostolicam referre procures. nos enim in *hiis* prout fuerit oportunum tibi efficaciter assistemus, et necessarium inpendemus auxilium et fauorem.

Si autem quidquam difficultatis emerserit, quod uideatur per uos non posse expediri, ad sedem apostolicam transmittatis. nos enim in hiis omnibus prout nobis oportunum uidebitur assistemus, et in omnibus inpendemus auxilium et fauorem.

Quicquid vero fraternitas tua commode corrigere non valebit, hoc totum ad sedem apostolicam perferas scriptis tuis. nos enim in hiis omnibus prout oportunum fuerit fauorabiliter assistemus.

Quod si negliens super hiis fueris que mandamus, cum securis ad radicem infructuose arboris sit ponenda, grauem penam poteris — tanquam quod ex hoc te reddis nimis culpabilem — non inmerito formidare.

Quare uolumus et mandamus, ut per te et eosdem clericos ad nos quecumque facta fuerint plenius referantur.

Unde uolumus, ut quecunque facta fuerint per uos[2]) in eadem uisitacione ad nos per nuncium uestrum et litteras[3]) plenius *ut prediximus* referantur, *hoc obseruato ut in conuentu tantummodo duobus stes diebus.*

1) In C fehlt *uel in claustro.*
2) Die baumgartenb. summa: *quecunque per te gesta fuerint.*
3) Das baumgartenb. werk: *ad nos in litteris tuis per nuncium.*

Digitized by Google

70. Item uisitacionis priuilegium.

A dei gracia etc. mersburcgensi episcopo etc.

Hoc uerbo quod locutus est dominus per prophetam: *ecce ego ipse requiram oues meas, et uisitabo illas sicut pastor uisitat gregem suum*, pastorum nobis uisitacio commendatur. in cuius conmendacione uidetur etc.

71. Priuilegium inquisicionis.

Gregorius etc. magdeburcgensi archiepiscopo etc.

Eberhardus [1]) **episcopus etc. megedeburgensi archiepiscopo etc.**

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilecto in Christo filio talis ecclesie episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Egressus a facie domini satan ad forcia [2]) manum mittit, et maledictionis sue participes efficiens et ruine eos, in quorum perdicione sua solum salus non perditur, immo a salutis auctore per accessum uetiti multiplicatur eorum numerus [3])

plerumque hodie prelatos ecclesie, in quorum perdicione salus multorum perditur

quos saluare debuerant uerbo pariter et exemplo. procaciter [4]) se uiciis ingerentes, [5]) ad sui conuersi desideria, thesaurizant in die iusti iudicii iram sibi, [6]) et per delectamentum lubricum [7]) et quinatas seculi diuicias ad gressus retrogrados conuertuntur. [8])

Heu quanto studio, quanto ardenciori desiderio ille perfidus et uersutus in eis gloriatur et extollitur et triumphat, quorum unum ad uicia pertrahendo multos dampnari non ambigit per quos dampnate et dampnande sue perdicionis numerum locupletat, [9]) et uni propinando uirus perdicionis ex [10]) aureo calice Babilonis uirulenta huiu

1) B und C: *Gregorius.*
2) Lud. A: *facinora.* B: *forciora.*
3) Cod. *multiplicato eorum numero.*
4) Ludolf und die baumgartenb. summa: *immo procaciter.*
5) Das baumgartenb. werk: *procaciter viciis inherentes.*
6) Das baumgartenb. werk: *thesaurizant subditis suis mala.*
7) Ludolf: *lubricorum.* Das baumgartenb. werk: *delectaciones voluptatum lubricarum.*
8) Cod. *conuertantur.*
9) Cod. *locupletant.*
10) Cod. *uirus dicionis et.*

Digitized by Google

potacione animas inficit plurimorum. suggerendo[1]) etenim prelatis delectabilia huius mundi, ipsisque *mentibus* obcecatis persuasionibus uenenosis non solum auditum immo tocius sensualitatis actum et habitum totaliter indulgendo, efficitur in misero[2]) perdicionis genere chaos magnum, dum is qui ad curam[3]) statuitur et uocatur se sibi conmissis imitabilem exhibet ad ruinam, quique fructu multiplicato coram messis domino debuerat conparere — segregatus a tritico — zisanea iudicatur, et palea igni inextinguibili sibi conmissis ad conburendum *fasciculis* colligatis traditur eternaliter cruciandus. et quia quanto gradus alcior tanto de alto *ruentis* casus grauior efficitur atque maior, tantoque collisio uehemencior et dimersio ueracior in profundum, non est mirum si cum dolore proferimus, et cum merore talium miseriam recitamus, quorum delicta non solum suis terminis sunt contenta, immo periculose protenduntur ad alios, contricione duplici — sui uidelicet et proximi — conserenda.

Set quoniam nostra interest, qui ex assumpto pastoralis officii *debito* errantes corrigere et ad uiam tenemur reducere deuiantes,[4]) sicut uelimus Hele summi sacerdotis *horrendam* uitare sentenciam, qui ad filiorum facinora — quorum peccatum magnum erat coram domino in hiis quas[5]) in filios Israhel enormitatibus exercebant — sedens in sella ac seorsum corruens confractis ceruicibus exspirauit, correctionis cauterio uolumus[6]) corrupcioni proxima membra decidere, ne eorum putredo corruptibilis nondum infectas corrumpat et inficiendo mortificet[7]) animas innocentum.

Cum[8]) grauis et enormis, precedente clamosa insinuacione, super dilapidacione et incontinencia abbatis de Nuwenburc[9])

---

1) Cod. *segregendo.*
2) Cod. *efficitur musero? unisero?*
3) Cod. *curiam.*
4) Ludolf: *interest errantes corrigere, qui assumpto pastoralis officii debito ad uiam tenemur reducere deuiantes.*
Das baumgartenb. werk: *interest errantes corrigere, qui ex debito officii pastoralis oues ad caulam tenemur reducere deuiantes.*
5) In der handschrift fehlt *quas.*
6) In der handschrift fehlt *uolumus.*
7) Das baumgartenb. werk: *interficiat.*
8) Ludolf und das baumgartenb. werk: *cum igitur.*
9) Ludolf: *abbatis talis loci.*
Das baumgartenb. werk: *talis abbatis.*

Digitized by Google

tue diocesis ad nos crebro querimonia deuoluatur, ita quod ipsam cum nostre non transire possimus consciencie saluamento,[1] ne turbo communis et uastitas atque tacendo contracta conmunio odibilis nos inuoluat, fraternitati tue[2] per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, ut assumptis hiis quos uideris assumendos, eos scilicet quos conmederit[3] zelus domus dei, quique sunt origo uirtutibus et criminibus detestacio, circum amicti auro innocencie et argento pudicicie ueraciter insigniti, ad locum personaliter accedas, et per strictum iuris ordinem in modum inquisicionis perquiras[4] de premissis diligentissime ueritatem, euocatis[5] in testimonium quos iuris seueritas consulerit euocandos.[6]

Et si inueneris dictum abbatem de dilapidacione et incontinencia culpabilem, ex assercione testium aut certe confessione motu probacionis facta, eo a loco quem possidet, cuique uelud arbor infructifera honeri exstitit pocius quam honori, per deposicionis sentenciam destituto, facias ecclesie per electionem canonicam prouideri.

er confessione in iure facta, ab eo loco quem possidet, cui cum sit arbor infructifera extitit honeri non honori,[7] per depositionis sentenciam destitutus, et ecclesie ipsius facias in persona ydonea per electionem canonicam prouideri.

Pro aliis autem eius excessibus ipsum suspensum ad sedem apostolicam mittere non obmittas, ita suorum criminum penitenciam recepturum, ut et in ipso sua sibi prosit correctio, et alias uenie facilitas incentiuum non prebeat delinquendi.

Huius autem inquisicionis infra mensem post recepcionem presencium primordium iniciari[8] precipimus. et

1) Ludolf und die baumgartenb. summa: *ita quod salua consciencia ipsam surda aure transire non possimus.*

2) Ludolf: *tibi, frater.*

3) Ludolf und das baumgartenb. werk: *conmedit.*

4) Das baumgart. werk: *per scriptum iuris ordinem in modo debito inquiras.*

5) Ludolf und die baumgartenb. summa: *aduocatis.*

6) Ludolf und die baumgartenb. summa: *consueuerit euocare.* (Lud. A und C: *aduocare.*)

7) Lud. B und C: *infructuosa plus exstitit honeri quam honori.*

Die baumgartenb. summa: *possidet cum sit arbor infructuosa existens oneri non honori.*

8) Cod. *in mari.*

Digitized by Google

infra duos dies [1]) continuo subsequentes eandem uolumus [2]) consumari. [3])

Datum etc. Datum. *Datum quarto kalendas iulii etc.* [4])

72. Littera testimonialis.

Licet secundum apostolum gloria nostra sit testimonium consciencie nostre, quia tamen auctoritas testimonio crudelis est que famam negliit, [5]) cum utraque sint homini necessaria, consciencia uidelicet atque fama, cum per hec duo tam apud triumphantem quam apud militantem ecclesiam plene cuilibet caueatur, expedit et oportet ut ea que pro quorumlibet honoribus conseruandis iudiciali ordine in nostra fiunt presencia ad fidem posteris faciendam, et ne recidiuent premortue questioni, nostri autentici testimonio roborentur.

Nomina etiam principum mittentium seu recipientium numerum maius quinque titulorum raro uel nunquam transcendunt. principibus tamen legem inponere nec uolumus nec debemus. quin secundum diuersarum dignitatum, potestatum, plurium terrarum regionum prouinciarum dominia possunt sibi formare titulos dignitatibus respondentes.

Digitized by Google

Sic rex Boemie scribit: *Odoacer dei gratia rex Boemie, dux Austrie, marchio Stirie et Morauie, talibus salutem.*

Item: *R dei gratia Romanorum rex et semper augustus, rector Burgundie, comes de Habsburg et Kiburg, langrauius Alsatie, N et N gratiam suam et omne bonum.*

Item Alphonsus rex Hispanie sibi ipsi fere decem titulos consueuit assignare.

Item ad idem. *R dei gratia Jerusalem et Sicilie amministrator,* seu *uicedominus, ducatus Austrie Marchie Calabrie, principatus Capue et Terrabun, comitatus Flandrie dominus,* [1]) *N et N cum sincera dilectione gratiam suam et omne bonum.*

Filii uero regum uel imperatorum [2]) sibi possunt in hunc modum formare. *Hartmannus diui augusti R dei gratia Romanorum regis gloriosissimi filius primogenitus* — uel *post primogenitum proximus* — *uiro discreto circumspecto prouido dilecto predilecto prediligendo magistro C cantori thuricensi* etc.

Et multa in hunc modum.

9. Nono modo.

Nono papa cardinalibus et secularibus principibus et omnibus aliis, et omnes eidem.

In papam postulatus seu electus inponit sibi ipsi proprium nomen quod uoluerit.

Similiter rex et regina in confirmatione seu consecratione inponi faciunt nomina que sue placuerint uoluntati. unde regina Romanorum ad presens, que prius dicebatur Mehthildis, apud Aquisgranum dum intronizaretur obtinuit Anna nominari.

Papa itaque in salutatione proprio nomine premisso appellat se *seruum seruorum dei.* et omnes cardinales, patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos appellat *fratres.* alios omnes, imperatores, reges, duces, et cuiuscunque ordinis, professionis, sexus, conditionis appellat *filios.* et omnibus tam fratribus quam filiis offert ex consueto cursu *salutem et apostolicam benedictionem.* et uni persone nunquam loquitur numero plurali. et in fine ponit locum et diem date, et annum sui pontificatus.

Falsitas autem literarum papalium multis modis deprehenditur, ut habetur in extra uagantibus de crimine falsariorum capitulo „licet". et falsariorum pena diuersificatur. nam aliud falsare literas pape, aliud literas episcopi, aliud literas alicuius principis.

Item nomen pape, siue ipse scribat, siue sibi scribatur, etiam a quocunque imperatore, ubique preponetur.

1) In der handschrift fehlt *dominus.* 2) Cod. *imperator.*

Digitized by Google

Hoc nomen „papa“ secundum ethimologiam quorundam dicitur pater patrum, uel pacis pater, uel pacificus pater, uel pacem parans, subaudis ecclesie, uel pacis seu patrum paraclytus id est consolator. secundum alios papa interpretatur nutritor. unde in legenda sancti Viti legitur, quod beata Crescentia fuit sancti Viti papatissa id est nutrix. inde etiam hoc nomen „papare“ neutri generis dicitur cibus ille quem nutrices infantulis et alumpnis suis facere consueuerunt. unde Persius:

cum tu papare minutum
poscis, et iratus mamme [1]) lallare recusas.

Qualiter scribitur pape.

Pape uero cardinales et alii quos ipse appellat *fratres* scribunt *se subiectos reuerenter*, uel *cum reuerentia subiectionem omnimodam et deuotam*. set illi quos *filios* appellat cum magna humilitate offerunt *deuota pedum oscula beatorum*. et omnes — tam fratres quam filii — praecipue principes seculares et magnates possunt scribere in hunc modum: *sanctissimo patri ac domino suo Gregorio sacrosancte romane sedis summo pontifici N diuina et papali* — seu *apostolica* — *permissione* seu *gratia episcopus constantiensis licet indignus et insufficiens se subiectum ad omnia humiliter et deuote*, uel aliter: *se subiectum deuote cum filiali timore pariter et amore*. et multa in hunc modum.

Item ex quo papa omnes episcopos appellat *fratres*, multo rationabilius archyepiscopus quemlibet de suis suffraganeis *fratrem* appellat.

De cardinalibus.

Item cardinales et alii ecclesiastici prelati seu seculares inter se, uel inferiores eisdem.

Cardinales sic scribunt. tituli cardinalatus et dignitatum poni debent et exprimi ab ipso mittente. istis cardinales offerunt *salutem cum spiritu* seu *gratia caritatis*. item cardinalium quidam sunt presbiteri cardinales, quidam dyaconi cardinales, quidam episcopi cardinales, quidam simplices cardinales, qui secundum quosdam sibi nullum titulum asscribunt sicut alii cardinales. uerbi gratia: *Stephanus titulo sancte Marie trans Tyberim presbiter cardinalis* etc. et hiis similia. et si aliquis plures habet cardinalatus, unum intitulatum et alios conmendatos, titulus sibi formatur ab intitulato.

1) Cod. *mamine*.

Digitized by Google

Differentia inter illustres spectabiles et clarissimos.

Papa, cardinales, primates, patriarche, archyepiscopi, imperatores, reges, duces, marchiones, et insignes palatini poterunt illustres appellari.

Set simplices episcopi et regales abbates, et simplices cõmites, et burgrauii dicantur spectabiles.

Et omnes alii inferioris dignitatis inter clericos et laicos clarissimi appellentur.

Unde uersus:

illustris primus, medius spectabilis, imus
sicut lex fatur clarissimus intitulatur.

unde beata Agatha respondendo ueritatem de se ipsa dicit: ingenua sum et ex spectabili genere. item de Sebastiano: clarissimis cottidie uiris Marcelliano et Marco etc.

ı. Decimus modus de priuilegiis.

Decimo modo notetur, qualiter priuilegia formentur, et litere dimissorie seu testimoniales que dantur romipetis captiuis redemptis et terras seu regiones circuire uolentibus precipue causa elemosinarum petendarum et aliis quibuscumque sub testimonio conuersationis et conditionis ad terras remotas transituris.

Quid sit priuilegium.

Priuilegium est beneficium contra ius conmune indultum.

Et dicitur quasi priuata lex, id est lex priuatorum id est a iure conmuni exemptorum.

Et conceditur priuate persone, collegio, uniuersitati, dignitati.

Et quoddam est generale, quoddam speciale.

Et priuilegium concedere possunt principes, scilicet papa et imperator. et preterea episcopi de consensu capituli sui. et breuiter: dare priuilegia est principum et sublimium personarum.

Et quoddam est perpetuum, quoddam non perpetuum.

Quoddam datur ad faciendum, quoddam ad agendum, quoddam ad excipiendum.

Et semper maius priuilegium preiudicat minori.

Et priuilegium perditur per negligentiam, per abusum, per delictum. item per enormem alterius iuris lesionem.

Item priuilegium est maioris sollempnitatis quam indulgentia, quia priuilegium subscriptiones requirit.

Priuilegiorum autem hee sunt partes: titulus, exor-

Digitized by Google

dium, conclusio generalis, narratio, finalis corroboratio, et singulorum [1]) subscriptio.

Titulus hic generalis est personarum sub certo titulo propriis nominibus expressis premissio sine optatione salutis. et preponitur nomen priuilegium concedentis. et subsequitur nomen accipientis. uel pro ipsius nomine accipientis ponitur: *uniuersis* uel *omnibus, presentibus et futuris*, uel *presentium inspectoribus*, uel *presens scriptum inspecturis*. et multa in hunc modum. et nomen dantis priuilegium preponitur, quia prestans et dans dignior est quam petens et accipiens, et beatius seu nobilius est dare quam accipere, iuxta illud:

crede mihi, res est ingenuosa dare;

item:

ut des quam reddas plura, precare deos.

item in titulo priuilegiorum sicut in salutationibus uerbum subticetur, et intelligitur hoc uerbum „concedit" uel „indulget" uel „permittit" uel „dat". et in fine tituli ponitur *in perpetuum*, ad ostendendum presentibus et posteris quod concessio principis ex gratia debet habere perpetuam firmitatem.

Quedam etiam priuilegia non laicis set ecclesiasticis personis concessa sumunt principium sic, signo crucis premisso: *in nomine domini amen*, uel *in nomine patris et filii et spiritus sancti amen*, uel *in nomine sancte et indiuidue trinitatis amen*, uel *sancti spiritus assit nobis gratia*.

Item in priuilegiis que dantur laicis non solet *in perpetuum* poni, quia iura laicis ab ecclesiis concessa raro uel nunquam sunt firmitatem perpetuam habitura.

Item notarii seu tabelliones interdum publicis instrumentis apponunt sua signa, quandoque a tergo carte, quandoque ex parte litere.

Titulo sic premisso subsequatur exordium generale. quod non discrepat nec discrepare debet a persone et negocii qualitate.

De priuilegiis.

Item in priuilegiis prima linea literis longis nec multum grossis debet conscribi. et nomen dantis priuilegium semper scribi debet litera eminentiori.

Et priuilegiis papalibus subscribere debent cardinales. set priuilegiis imperialibus subscribere debent principes et magnates qui tunc imperiali curie presentes fuerint.

Set olim priuilegia formabantur aliter quam in presenti.

---

1) Cod. *singularum*.

Digitized by Google

hic non pono exempla propter euidentiam facti cottidiani et causa prolixitatis uitande. uidi enim in curia pape nec non imperatoris, ubi notariis et curie rectoribus famularis eram satis et familiaris, quod diuersis regnis regionibus terris prouinciis notarii secundum exigentiam consuetudinis terrarum literas et priuilegia formare solebant. immo curia imperatoris singulis regionibus seu prouinciis notarios preposuit speciales.

Item [1]) imperator quibusdam priuilegia in hunc modum formauit.

F dei gratia Romanorum imperator et [2]) *semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, in perpetuum.*

Imperialis interest maiestatis, etc.

Igitur de sapientum curie nostre consilio uobis Capuanis, fidelibus nostris, secundum meritorum exigentiam priuilegia ab inclite recordationis nostris predecessoribus indulta auctoritate imperiali presentibus innouamus et ex certa scientia confirmamus, de largiflua nostri culminis beniuolentia liberaliter adicientes ut talem et talem de cetero libertatem et inmunitatem habere debeatis. et hic apponebantur clausule que in priuilegiis requiruntur.

Alii scribunt sic: *Wernherus sacrosancte maguntine sedis archyepiscopus, sacri imperii per Germaniam archycancellarius, uniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus* — uel *dilectis in Christo . . preposito et capitulo ecclesie sancti Stephani intra muros Maguncie* — *in perpetuum,* uel *affectum caritatis,* uel *noticiam subscriptorum,* et similia in hunc modum.

Priuilegia seu instrumenta super contractibus aliquibus duplicata in unam cartam solebant olim scribi, et in medio ipsorum instrumentorum alique litere capitales linealiter ordinate, que litere per medium diuidebantur, ut neutrum priuilegium posset falsificari, et unum esset probatio alterius, falsificatum etiam in huiusmodi capitalibus literis collatis facillime cognosceretur.

Instrumentum.

Et nota, quod omne priuilegium est instrumentum. set non conuertitur, quia non est priuilegium omne instrumentum.

Unde dicamus, quod quelibet professio habet sua in-

1) Cod. *idem.*

2) In der handschrift fehlt *imperator et.*

Digitized by Google

strumenta. arma et gladius sunt militis instrumenta, subule et forme sutoris, acus pellificis, penna et cornu scriptoris, libri et litere clerici instrumenta.

Set quo ad iudicia et causarum cognitionem instrumentum est scriptura facta ad alicuius rei probationem. et dicitur instrumentum, quia instruit causas, uel quia instruit mentem.

Et aliud est instrumentum publicum, aliud priuatum. et hec omnia inuenies in extra uagantibus c. de fide instrumentorum.

Quid sit indulgentia.

Indulgentia iniuncte penitentie remissio uel relaxatio est uel diminutio, in toto uel in parte, facta secundum rationem ex auctoritate, statuta generalis concilii non excedens.

Et secundum determinationem magistrorum parisiensium dari potest indulgentia in predicatione facta in loco interdicto. item episcopus indulgentias facere potest in sua dyocesi, forma canonis obseruata. item episcopus in aliena dyocesi potest facere et dare indulgentias, si ad hoc consentit dyocesanus.

De forma litere indulgentialis quam deferunt elemosinarum petitores.

Forma litere indulgentialis quam deferunt elemosinarum petitores hec est. *R dei gratia constantiensis episcopus uniuersis* etc. *quoniam omnes stabimus ante tribunal Christi* etc. sicut statutum est in concilio lateranensi sub Innocentio papa iii°.

Responsiue litere.

Item litere per quas scilicet literas iam receptis respondetur a quibusdam dicuntur respectiue, remissiue, responsiue.

Circa quas cautus prosator planius plenius facilius poterit laborare, quia in literis iam receptis inuenit materiam et formam. materiam super quam, formam secundum quam suum debeat ingenium exercere, corrigendo supplendo diminuendo ad beneplacita materiantis.

Litere dimissorie.

In literis dimissoriis, que sunt quasi testimoniales super statu uite et conditione illius pro quo scribitur, apud antiquos in testimonium credulitatis et assertionem fidei

Digitized by Google

quedam grece litere [1]) scribebantur. quarum prima pars significauit hanc clausulam: *in nomine patris et filii et spiritus sancti.* secunda pars significauit personam mittentis. tertia pars personam pro qua mittebatur. quarta pars personam ad quam mittebatur.

Set hee figure modo recesserunt ab usu, et tota credulitas litere dependet in sigillo autentico bene cognito et famoso. et tria precipue notantur: quis mittat, pro quo mittat, et ad quem mittat.

Et [2]) huiusmodi litere super alicuius ydoneitate seu conuersatione testimoniales possunt in hunc modum formari.

Reuerendo patri R dei gratia constantiensi episcopo et uniuersis presentium inspectoribus A eadem gratia augustensis episcopus salutem in affectu karitatis, uel *salutem in uera karitate.*

Inimicus conuincitur ueritatis, tam is qui ueritatem occultat, quam is qui scienter loquitur falsitatem. alter enim proximo prodesse non uult, alter eidem nocere feruenter affectat.

Nouerint igitur quos nosse [3]) *fuerit oportunum, quod H clericus* — uel *sacerdos* — *presentium exhibitor, de legittimo thoro apud nos honestis et bone fame parentibus genitus, competentis literature, precipue in diuino officio, utpote in scolis nostris et choro a primis annis usque ad presens laudabiliter enutritus, satis honeste conuersationis, a nobis* — uel *a tali coepiscopo nostro* — *ante biennium legittima examinatione prehabita nec saltim nec furtim in subdyaconum est ordinatus,* uel *in talem ordinem promotus.*

Unde sibi propter quasdam necessitates ad [4]) *uestram ciuitatem et dyocesin* — seu *ad terras remotas* — *transire cupienti presentes literas in sui status testimonium ex certa scientia et bona in hac parte deo teste conscientia conferimus* — uel *conferri facimus* — *nostro sigillo patenter conmunitas.*

Datum Auguste anno domini m°. cc°. lxxvi°. festo Thimothei apostoli. indictione iiii^a.

De literis que dicuntur apostoli.

Dimissorie etiam litere dicuntur apostoli quos appellanti iudex dat a quo appellatur.

Quarum forma potest esse talis.

---

1) Vgl. oben Alberich von Monte-cassino de dictamine VI s. 33–36.

2) Dieser schluss ist in der handschrift erst nach den abschnitt über die apostel gerathen, nach den worten *aliqualiter excusare.*

3) Cod. *nosce.* 4) In der handschrift fehlt *ad.*

Digitized by Google

Ego N sentiens me grauatum a sententia uestra, domine constantiensis episcope, quam tulistis tali die tali loco talibus presentibus pro tali in questione tali que inter me et ipsum coram uobis dinoscitur uentilari, sedem maguntinam — uel *romanam* — *presentibus in scriptis appello, apostolos instanter instantius instantissime postulando.*

Quos si denegaueritis, iterato appello, apostolos super apostolis denegatis modo predicto postulando.

Et inuoco presentes pro testibus in huiusmodi appellatione facta, tali loco, anno ab incarnatione domini, mense, die, indictione subnotatis seu *prenotatis.*

Sic enim concipiendus est libellus, ut habeat nomen appellantis, et iudicis a quo appellatur, et aduersarii, et diem et locum late sententie et appellationis interposite, et causam super qua appellatur.

Et si plures habet aduersarios, ponere debet in libello nomina singulorum, si uult contra quemlibet appellare.

Et si plura sunt capitula uel questiones, ponat singula super quibus intendit appellare.

Rarum est tamen, ut iudex a quo appellatur det apostolos secundum petitionem appellantis, nisi iudex in apostolis datis errorem uel grauamen quod ipsi inpingitur studeat et possit aliqualiter excusare.

Et hic causa breuitatis, exceptis testimonialibus literis et apostolis, nichil dicemus de formatione libelli conuentionalis, libelli accusationis, libelli recuperande possessionis, libelli tuende possessionis, libelli de actione personali et reali. et de multis aliis libellis pretermittemus.

n) De v partibus epistole.

Terciodecimo modo per „quomodo" — ut planius et plenius et quasi finaliter ad propositum ueniamus — intelligitur planus plenus et conpletus modus scribendi epistolas et mittendi.

Unde dicamus, quod epistole tam apud antiquos quam apud modernos quinque sunt partes ad maius, uidelicet salutatio, exordium, narratio, petitio, conclusio.

Alii tamen dicunt, quod iste tres partes — narratio petitio conclusio — faciunt ad esse, alie due — scilicet salutatio et exordium — faciunt ad bene esse.

Set alique litere non habent nisi[1]) duas partes, scilicet salutationem et narrationem seu alicuius rei petitionem. set ante finem petitionis quodammodo est intellectus conclu-

1) In der handschrift fehlt *nisi*,

Digitized by Google

sionis. uidetur enim concludere qui salutatione prehabita subinfert: *affectuose rogamus et monemus, quatinus intuitu dilectionis habite inter nos et habende negocium hoc uel hoc sicut de uobis confidimus* — uel *de uestro in hac parte promisso confidimus* — *indilate curetis efficaciter promouere.*

a. Quid sit salutatio.

Salutatio est quasi quidam titulus seu oratio salutis, affectum indicans, a statu seu conditione personarum non discrepans. uel salutatio est ineffabile seu inexpressibile mentis gaudium, ex nimio affectu deficiens in uerbo principali tercie persone, quod tamen subauditur.

Et hec salutatio a modernis in tercia persona ponitur, seu subintelligitur, ut ostendatur quod huiusmodi litera gerit officium nuncii, cuius est in tercia persona loqui et salutare. tamen si uerbum prime persone subintelligeretur, non multum esset contrarium rationi: ut *tali, tali salutem,* subaudis „mitto". set quia in salutatione pronomen prime persone nequaquam ponitur a mittente, ideo salutatio in terciam personam ueri similius cessisse uidetur.

Et dicitur quasi salutantis actio, uel salutis optatio, uel salutis datio, quo ad uerum affectum salutantis.

Et in hoc nomine „salutatio" tria notantur: persona salutans, persona salutata, qualitas et modus salutandi.

Item in salutatione exprimi debet genus, sexus, parentela, gens, patria, meritum, dignitas, ordo, professio, conditio, dilectio, obligatio utriusque.

Set mittens non debet se ipsum extollere ultra debitum et laudare. set mittenti sine aliis conmendaticiis sufficiat pro se legittimorum positio titulorum. absonum etiam esset et absurdum, si quis presumptuose iactantie diceret de se ipso: *uir summe laudabilis, summe prouidus discretus circumspectus, R dei gratia constantiensis episcopus, tali salutem.*

Et salutationum alia est prescripta, alia subscripta, alia circumscripta, alia simplex et nuda.

Prescripta salutatio est, in qua nomini recipientis persone preter specialem titulum aliquid laudis preponitur et premittitur,[1]) in hunc modum: *specialissime dilecto et diligendo magne discretionis uiro C cantori basiliensi* etc.

Subscripta salutatio est, in qua nomini recipientis persone preter specialem titulum aliquid laudis subscribitur et subiungitur, in hunc modum: *C custodi basiliensi multis uirtutibus* — seu *probitatibus* — *insignito* etc.

1) Cod. *preternittitur.*

Digitized by Google

Circumscripta salutatio est, in qua nomini recipientis persone preter specialem titulum aliquid laudis preponitur et subiungitur, hoc modo: *summe reuerendo patri ac domino C abbati de Salem titulo perfecte religionis prenitenti* etc.

Nuda uel simplex dicitur hec: *Martino Petrus salutem,* uel *P custodi in Wettingen C cantor thuricensis obsequium indefessum.*

Item nomen mittentis semper ponitur in nominatiuo. qui mittens preter et ultra titulos proprios et speciales se ipsum non debet laudare, iuxta illud:

nec te collaudes, quia hoc faciunt stulti, quos
gloria uexat inanis;

immo de se ipso debet ponere uerba que sine arrogantia denotent humilitatem, hoc modo: *frater H humilis licet indignus inmeritus insufficiens minus ydoneus abbas de Wettingen cysterciensis ordinis constantiensis dyocesis.* et multa in hunc modum. si uero fuerit clericus ecclesie collegiate, uel monachus, appellet se *infimum, minimum, humillimum, paruissimum* in suo capitulo et suo conuentu.

Nomen uero recipientis interdum ponitur[1]) in accusatiuo. et tunc salutationem finit modus infinitiuus. et hic subauditur aliquod uerbum desideratiuum optatiuum: cupit desiderat optat. set apud nos frequentius ponitur in datiuo, ubi subaudiuntur huiusmodi uerba „mittit mandat legat offert promittit precatur" set „inprecatur" et „minatur" dum inimicis ab inimicis scribitur inimice, et similia. et huiusmodi uerba in accusatiuo et in datiuo subaudiuntur, ut in hoc exprimatur nimium desiderium loquentis et affectus. homo enim multotiens per iram, pre nimio desiderio, et pre nimietate spei uel timoris gaudii uel doloris — que sunt iiii animi passiones — loquitur defectiue. de istis quatuor passionibus dicit Boetius uersibus adonicis:

gaudia pelle, pelle timorem,
spemque fugato, nec dolor assit:
nubila mens est uinctaque frenis,
hec ubi regnant.

item Uirgilius:

hinc metuunt, cupiunt, gaudentque, dolentque.

De persona mittentis.

Item si persona mittens scribit inferioribus, offeratur et optatur eis *prosperitas, successus, felicitas, bona fortuna*

1) In der handschrift fehlt *ponitur.*

Digitized by Google

sue professionis facultatis ordinis conditionis. uel contrarium inprecetur.

Uerbi gratia scriptori laboris cottidiani offeratur et optetur, [1]) omni superfluitate remota, omnis conmoditas ad scribendum: scilicet bonus uisus seu prosperitas oculorum, bonus uictus et uestitus, bonum pergamenum, bonum incaustum, bona penna, bona manus, bona camera temperate lucida semota et remota a strepitu hominum et tumultu. uel si expedierit, mittens eidem poterit — ut predictum est — contrarium inprecari.

Quomodo salutentur infideles et exconmunicati.

Item infidelibus exconmunicatis exclusis ab ecclesia et precisis optare salutando debemus *spem consilii sanioris*, uel *spiritum sapientie et intellectus*, uel *ueri dei et fidei cognitionem salutarem*. item *facere bonum, et a malo declinare*. item *iram dei sustinere, nisi a malo recedat et resipiscat*. item *iustam creantis et redimentis cognitionem*. item *errore postposito redire ad uiam ueritatis*.

De annotatione propriorum nominum.

Mittens quandoque loco sui proprii nominis dimittit ad cautelam inter duo puncta spaciolum unius litere uel sillabe capax. et sic possunt facere delegati uel subdelegati, quorum dignitati uel officio et non persone aliqua causa delegatur.

Quandoque proprium nomen mittentis notatur per primam et unicam literulam uel sillabam proprii nominis. quandoque per paucas literas notatur, tamen intelligibiliter. uerbi gratia proprium nomen Gillelmus breuiatur per *G* et *i* et duo *l* cum titella que ipsa *ll* ad inuicem connectat. similiter Fridericus per capitales *F* et *R* cum titella. et sic de similibus.

Set non multum expedit in literis scribendis, ut pro unica et sola uel duabus literis ponatur titula uel titella. uerbi gratia hec dictio „impar" pocius totaliter debet scribi per quinque literas quam si titella poneretur super *i* et altera ad pedem *p*.

Quatuor cause quibus recipientis nomen reticetur.

Recipientis nomen quatuor de causis reticetur.

Primo ex ignorantia, id est quia proprium nomen ignoratur a mittente.

---

1) Cod. *optet*.

Digitized by Google

Secundo ex industria et cautela, sicut papa sub delegatis causis subprimit proprium nomen et exprimit nomen officii uel dignitatis, quia eo mortuo cuius proprium nomen esset in literis papalibus expressum iurisdictio delegati exspiraret et non transiret ad succedentem in dignitate. item quia mittens ex industria quandoque potius uult se a solo recipiente et non ab aliis cognosci, utputa quando scribens timet de proditione secreti, qualecunque sit illud.

Tercio cum duobus uel pluribus[1]) scribitur qui in uno loco sub titulo officii et dignitatis unius et eiusdem sunt equales. posterius enim positus posset indignari, suum equalem uel suos equales sibi pretitulari. nam

non bene cum sociis regna uenusque manent.

item:

omnisque potestas
impatiens consortis erit.

Quarto propter confusiones uitandas, ut cum scribitur preposito, uel societati, uel alii multitudini.

Item in salutatione proprium nomen mittentis exprimi debet. quilibet enim se ipsum cognoscere debet, et quilibet de facto suo debet esse certus. tamen, ut predictum est, quandoque subprimitur ex ratione.

Quando nomen mittentis uel recipientis debeat preponi uel postponi.

Item iuris est et rationis, ut nomen dignioris minus digno semper debeat anteponi, nisi superior scribens suo pari uel suo inferiori nomen suum pro causa humilitatis necessitatis uel exhibitione honoris uel declaratione amoris duxerit postponendum.

Item delegatus pape ratione delegationis maior est omnibus. unde suum nomen preponitur ex ratione, nisi persone alicui duxerit deferendum. similiter nomen delegati ab alio principe quam papa et imperatore omnibus sue iurisdictionis preponetur.

Mittens tamen caueat, ne nimis humilis uel nimis arrogans in scribendo uideatur.

Quare in quibusdam epistolis omittitur salutatio.

Item quandoque est epistola sine salutatione, ut patet in literis que dicuntur licentiate, dimissorie, appellatorie, conmendatiue, et generales.

---

1) In der handschrift fehlt *pluribus*.

Digitized by Google

Item quandoque inimicus inimico scribit inimice. de quo supra [1]) dictum est.

β. De exordio.

Exordium hic seu prouerbium seu captatio beniuolentie est oratio per quam auditoris animus redditur docilis beniuolus et attentus, et inclinatus allicitur ut eo libentius audiat et admittat que subsecuntur.

Septem uicia exordii.

Et principaliter nota, quod vii sunt uicia exordiorum, que uitari debent: conmune, conmutabile, contra preceptum, longum, separatum, translatum, wlgare.

Conmune est, quod nichilo minus in hanc quam in contrariam partem cause potest conuenire.

Conmutabile est, quod ab aduersario potest leniter mutatum in contraria parte dici.

Contra preceptum est, quod nichil horum efficit quorum precepta de exordiis traduntur.

Longum est, quod pluribus uerbis et sentenciis ultra quam satis est producitur.

Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod menbrum est annexum orationi.

Translatum est, quod aliunde conficitur quam cause genus postulat, ut si quis docilem faciat auditorem cum beniuolentiam causa desiderat, aut si principio utatur cum insinuationem res postulet.

Wlgare est, quod ad plures causas potest conmodari.

Et hec omnia uicia habes in primo rethoricorum.

Preterea duo uicia sunt exordiorum. unum si difficilis sit sermo, et uerba inusitata. aliud cum exordium constat ex uerbis nimium apertis.

De medulla exordii.

Exordium seu medulla exordii poni potest in principio, in medio, et in fine.

In principio, ut hic. prelato subditus se ipsum. *eius liberalitas debet precipue commendari, qui preueniens instantiam petentis manum adiutricem celeriter porrigit indigenti. unde uestra bonitas dignis est laudibus extollenda, que sibi fideles respicit misericorditer oculo pietatis.*

In medio, ut hic. prelatus subdito salutem. *peccasti*

1) Unter m sogleich in der unterabtheilung α s. 449.

Digitized by Google

grauiter. de uenia tamen non desperes. qui enim satisfacere uult de commissis, in promptu habet gratiam saluatoris. preterea ecclesia non claudit gremium redeunti. recognoscens igitur quod conuersio peccatoris est angelis gaudium in celis, taliter procedas.

In fine, ut hic. *qui uere scientie margaritam desiderat adipisci, peccata fugiat et consortia seu contubernia reproborum. nam mens uiciorum tenebris obsita uix admittit nobilissimam sapientie claritatem.*

De exordio.

Item exordium, quod in literis non debet esse prolixum, fit[1]) in tercia persona, et in finali sillaba conuenire debet, et penultima discrepare. exemplum. *cantor ubique diligitur, quia dictamina sua conprobantur.* ecce „diligitur" penultima breuiatur „conprobantur" producitur.

Et si in uocales ipse distinctiones desinant, in aliis consonantibus alie terminentur.

Set hec a quibusdam ex toto non seruantur.

De diuersis modis exordiorum.

Secundum Tullium in primo rethoricorum hiis modis captamus beniuolentiam: a nostra, ab aduersariorum, a iudicum seu auditorum persona, ab ipsa causa.

Set hic fit sex modis: a persona mittentis, recipientis, ab utraque simul, ab aduersariorum persona, a re de qua agitur, et a rerum effectu.

De primo sic. a persona mittentis sic humiliter, non iactanter. *quanta fidelitatis constantia non sine periculo rerum et persone uobis adheserim a primis annis, uestre discretionis ut spero memoria non ignorat.* igitur.

De secundo. a persona recipientis sic. *quantis titulis in publico conflictu a Papigensibus contra Mediolanenses nuper habito uestra uirtus inter omnes utriusque exercitus capitaneos enituerit, non solum prope set etiam procul positis satis est manifestum.* igitur etc.

De tercio a persona mittentis et recipientis sic. *qualis et quante probitatis industria nos ambo talem urbem rationabilibus ex causis manu armata multis laboribus et periculis obsederimus, multis annis obsessam tandem pluribus uulneratis utrobique et occisis ceperimus, captam solo deiecerimus, lapidem super lapidem nequaquam relinquendo, satis nouerint Indi atque Brittanni.*

De quarto a persona aduersariorum sic. *si de pena*

1) Cod. *sit.*

Digitized by Google

criminis per N commissi, domine iudex, loqui uolumus et debemus, scilicet ut pena uideatur crimini respondere, quis eo criminosior inter presentes habetur? sacrilegus est, ecce probatio. parricida est, ecce probatio. uirginum stuprator est, ecce probatio. fur et latro est, ecce probatio. patrie proditor est, ecce probatio. apostata est, ecce probatio. igitur etc.

De quinto a re de qua agitur sic. *sapientiam debere queri, inuentam amplecti, memorie conmendari, nemo sane mentis dubitet, cum ipsa sapientia dicat: qui me inuenerit, uitam inueniet et salutem.* item: *beatus uir, qui inuenit sapientiam: melior est enim acquisitio eius* etc. igitur, dilectissimi condiscipuli, liberalibus artibus omni diligentia et modis omnibus intendatis, etc.

De sexto a rerum effectu sic. *si sapientiam quis studiose quesierit, inuentam memorie conmendauerit diligenter, non est dubium quin talis thesauri possessor ex huiusmodi possessione — si bene utitur — et hic et in futuro reportat gloriam et honorem. sapientia est enim nobilis animi possessio, que auarum dedignata possessorem non distributa elabitur set distributa recipit incrementum.* igitur etc.

De octo modis exordiorum.

Secundum alios dicamus, quod exordia octo modis formantur, et habent [1]) fieri in tercia persona: absolute, aduersatiue, conditionaliter, causatiue, qualitatiue, quantitatiue, similitudinarie, temporaliter.

Diese acht arten werden in der handschrift von fol. 171' bis 172' behandelt.

Quid sit prouerbium.

Prouerbium est oratio sententiam continens a natura productam uel consuetudine approbatam, ut: *mus in pera,* [2]) *ignis in sinu, serpens in gremio, suos hospites male solent remunerare.*

Uel prouerbium est auctorabile dictum uirtutis et moralitatis inductiuum. unde etiam ipse dominus in prouerbiis loqui sepius uidetur.

Quid sit arenga.

Arenga est quedam prefatio que ad captandam beniuolentiam premittetur. et facit ad ornatum. et potest fieri sub prima secunda et tercia persona.

---

1) Cod. *hunc.* 2) Cod. *mus impera.*

Digitized by Google

Et in isto et multis aliis differt a prohemio, quod habet fieri in tercia persona.

Et lombardi magistri et legiste pre aliis nationibus arengas facere consueuerunt.

Set in literis uel epistolis mittendis facere arengas — precipue longas — solis conuenit ociosis, qui habentes seriosa tractare

postpositis propriis aliena negocia curant.

γ. Quid sit narratio.

Narratio secundum Tullium est rerum gestarum aut ut gestarum expositio. et debet esse breuis apta probabilis.

Narrationum alia simplex, alia multiplex.

Simplex est, in qua unum solum narratur.

Multiplex est, in qua plura narrantur. ibi [1]) prosator debet uidere, qualiter diuersas orationes ordinet et coniungat: scilicet quid in primo, quid in medio, quid in fine decenter ordinetur.

Narrationis principia excepto uocatiuo per omnes casus fieri possunt.

Narratio tribus modis uiciatur.

Primo ex nimia prolixitate, dum

quis gemino bellum troianum orditur ab ouo,

id est dum quis propositum incipit a nimis remoto. exemplum. aliquis scolaris diffuse narrat per singula, *qualiter in uia fuit ei Bononiam ueniendo, magistrum elegit, tempestiue surgit et nocte uigilat, ad scolas uadit, cum sociis moratur, et proficit sicut potest.* non debuit tam diffuse narrasse. suffecisset, si dixisset: *noscatis, quod post felices et infelices prosperos et aduersos euentus uiarum cum honesta*[2]) *societate Bononie per dei gratiam atque uestram sanus et incolomis in studio laudabiliter perseuero.*

Secundo, cum ordo rei geste nequaquam per ordinem narratur. exemplum. *scias, quod P filius olim domini magistri Magolini in tali castro habet filiam domini Hugonis.* hic confuse narrauit, et ordinem rei geste omisit, et ideo uiciose dixit. debuit enim dixisse: *noueritis, quod P filius domini Hagelini in sero post cenam surrexit, et accedens ad domum Hugonis cum armatis militibus filiam eiusdem rapuit uiolenter, quam sic raptam in castro suo dicitur tenere.*

Tercio, cum narratio non est probabilis, neque uerum

1) Cod. *vel.* 2) Cod. *honestate.*

Digitized by Google

neque ueri simile habens per quod demonstretur, ut si dicam de homine mortuo anno preterito ultra mare: *scias, quod et talem hominem hesterna die uidi Bononie, qui de nostra conuenientia* — uel *de meo statu* — *quesiuit diligenter.*

Item narratio uiciosa dicitur que non explicat locum uel modum uel tempus, ut si dicam: *P interfecit M.* deberem enim dicere: *tali die,* uel *tali loco,* uel *tali tempore,* uel *tali modo,* iuxta illud:

quis, quibus auxiliis, ubi, quid, cur, quomodo, quando?

oportet enim ut hec omnia in re gesta considerentur.

Sic res narrari debet pleniter et perfecte. et hic nota, quod secundum Tullium narratio ad preterita solummodo se extendit.

d. Quid sit petitio.

Petitio est oratio per quam petimus petibilia possibilia rationabilia conuenientia. unde Cato:

quod iustum est, petito, uel quod etc.

item:

non decet illa dari que possunt iure negari.

Et alia est simplex, alia multiplex.

In principio petitionis poni possunt: *quapropter, quamobrem, quocirca, cuius rei gratia, cuius rei causa,* et hiis similia.

Et habet specialiter fieri per *quatinus.* et aliud est quatinus per i; aliud quatenus per e — una dictio; aliud qua tenus per e — due dictiones; iuxta illud: qua tenus legittimis constiterit documentis. unde in nouo grecismo:

dum dat quatinus i, debet coniunctio dici;
scribeturque per e, cum debet temporis esse,

id est: quando [1]) scribitur per i, est coniunctio casualis, et ponitur pro ut uel pro quod coniunctione.

Qualiter petitio uiciatur.

Petitio uiciatur que non continet in se uel rectum uel honestum uel necessarium, ut si petam quod papalis maiestas imperio supponatur, quia illud nec esset utile, nec rectum, nec honestum, nec necessarium. et in petitionibus attendas iiii ista:

quis dans, quisue petens, que res, que causa petendi.

Hic nota, quod licet epistole secundum quosdam sunt tres partes, secundum alios quinque, epistola nunquam

1) Cod. *esse. quali. d. quando.*

Digitized by Google

potest constare ex sola salutatione uel ex solo exordio seu prouerbio.

Item nota, quod sub hoc nomine „petitio“ conprehenditur etiam mandatum. plures enim litere sunt que nichil petunt, set mandant et precipiunt. exemplum. [1]) *scias quod ea fieri uolumus que mandamus: et que precipimus uel imperamus, necesse est fieri.*

ε. Quid sit conclusio.

Conclusio generaliter est plurium in unum et idem clausio.

Set conclusio apud loycos est oratio que ex premissis infert aliquid esse uerum uel falsum. et bene dicunt „ex premissis“, quia — ut taceam de enthimemathe — plenus silogismus et etiam paralogismus constat ex tribus: scilicet ex maiori propositione et minori et conclusione.

Conclusio est hic exitus et determinatio totius orationis. uel conclusio est oratio per quam epistola finitur, et per quam ostendimus quid comodi uel incomodi sequatur ex petitione admissa uel non admissa.

Item minores maioribus concludere non debent, nisi necessitate cogente. set par pari, maior minori, cum expedierit, concludere potest et debet.

Conclusio uiciatur, si antecedentibus et premissis directe non respondet.

ς. Quod quatuor partes epistole possunt poni quasi in una clausula.

Item hee iiii particule — scilicet exordium, narratio, petitio, et conclusio — possunt poni quasi sub una clausula permixtim et ordine non seruato, ita ut captatio beniuolentie et conclusio in principio post salutationem notentur, in hunc modum: *firmiter sperantes, quod personam uestram ad omnia nobis beneplacita uelitis habere perpetualiter obligatam, cum nostre fidei puritatem erga uos et uestros multipliciter expertam habeatis. addendo igitur meritum merito, animalia nobis per N seruum uestrum tali die tali loco sine causa rationabili nomine pignoris — ut idem seruus falso pretendit — ablata restitui sine mora qualibet procuretis, in hoc innouando — declarando — uestre nobilitatis constantiam hactenus sine omni labe criminis et infamie per uos laudabiliter obseruatam. datum* etc.

Hic nota, quod quedam epistole habent tantum salutationem et narrationem, quedam tantum salutationem et

1) Die handschrift hat *et* statt *exemplum*.

Digitized by Google

petitionem, quedam sine salutatione narrationem, sicut sunt litere processus seu recessus alicuius iudicii continentes, et litere que hostibus hostiliter scribuntur, de quibus respondetur supra .et infra.

o) De adiectiuis ad quaslibet personas.

Quartodecimo modo per „quomodo" intelligitur, que adiectiua que substantiua quibuslibet personis adaptentur conuenienter.

Sie folgen in der handschrift, von pabst und kaiser beginnend bis zu den beim weiblichen geschlechte in seinen verschiedenen lagen anwendbaren, von fol. 174 bis 177.

Utilis regula de adiectiuis.

Nota, quod non solum a predictis set et ab omnibus pure adiectiuis masculini generis adiectiua formantur et feminina et neutra, quod proprium est adiectiuorum.

Similiter adiectiua feminini generis non solum proprie [1]) posita set etiam omnia alia sub feminino genere adiectiua conuerti possunt in masculina pro beneplacito et exigentia prosatoris, hoc tamen obseruato quod quedam masculina adiectiua sunt posita que nullomodo sexui conpetunt feminino, et uice uersa. nam proprie loquendo uir non potest dici menstruosus, quia — ut dicit Solinus et alii naturales — inter omnia animalia sola mulier menstruum patitur.

Item nota, quod unum et idem adiectiuum diuersis personis seu diuersis titulis hic aliquotiens est asscriptum. duplici ratione. una, ut lector adiectiuum sue materie conpetens et suo animo conplacens eo cicius et facilius ualeat inuenire. alia ratio, ut notetur quod huiusmodi adiectiua secundum affectum et intentionem loquentis cuilibet persone asscribuntur. unde quod iste pro suo sensu et affectu reputat et nominat beniuolum, alter secundum suum sensum et affectum forte maliuolum nominabit. et sic prosator de omnibus adiectiuis eligat que uoluerit secundum personarum et negocii qualitatem.

Preterea singulis adiectiuis substantiua et uerba et aduerbia seu determinationes debent regulariter modo decenti respondere. disconueniens enim esset, nisi fieret yronice, si monachus adiectiue appellaretur *magnanimus et bellicosus*. similiter absonum esset, si latro publicus et homicida in

1) Cod. *proxime*.

Digitized by Google

salutatione appellaretur *sanctissimus et summe religiosus* uel *innocens*, uel si publica meretrix nominaretur *summe casta*, ut si quis cignum diceret nigrum et niuem nigram, item fel dulce et mel amarum. ista enim essent nature dissona et absurda, et esset quasi oppositum in adiectiuo, iuxta illud:

in niue uel cigno nigrum fore non bene signo;

item:

dico quod est rarum fel dulce et mel amarum.

item si quis diceret: *districte supplico*, et *humiliter precipio*, determinationes non bene assignaret. nam proprie debet dici: *precipio districte, supplico humiliter et deuote.* et sic de similibus.

Item nota, quod a quolibet adiectiuo potest formari denominatiuum, sicut a nomine pius fit pietas, a probus probitas, a strenuus strenuitas. unde cum in salutatione sic scribatur: *summe pio* uel *probo* uel *strenuo uiro*, sic potest conuerti, ut dicatur: *summe pietatis* uel *probitatis* uel *strenuitatis uiro.* et sic de similibus.

De diuersitate uerborum que requirit diuersitas literarum.

Salutatione sic finita prosator uideat, que uerba conueniant mittenti pro personarum et negocii qualitate. nam sunt uerba amabilia, arbitraria seu arbitratoria, absolutoria seu absolutiua, appellatiua, auctorabilia, und so fol. 177' und 178 durch das ganze alphabet bis uituperatiua, uiciatiua.

Hic sollers dictator ex premissis uerbis et eorum sensu trahat et extrahat uerba que personis materiis negociis circumstanciis uiderit expedire.

De tribus gradibus scribentium seu literas mittentium.

Omnes qui mittunt literas quorundam distinctione sunt superiores aut inferiores aut equales.

Superioribus uerba conpetunt motiua, monitiua, mandatiua, preceptiua, imperatiua, interdum tamen uerba oratiua, exhortatiua, persuasiua, placatiua, cum negocii qualitas id exposcit.

Inferioribus uerba conpetunt deuota, fidelia, famularia, gratitudinis et conditionis expressiua, humilia, seruilia, obeditiua, obtemperatiua, subditiua, subiectiua, filialia, obsequiosa, officiosa, supplicatiua, deprecatiua, oratiua, rogatiua, petitiua, secundum personarum et negocii qualitatem.

Digitized by Google

Equalibus conpetunt uerba mediocria, modesta, moderata, temperata, personarum et negocii qualitatibus ad superiores et inferiores respondentia conuenienter.

Tamen mittens uerbis honoret et preferat recipientem, in quantum congruit rationi, iuxta illud: honore inuicem preuenientes; item: omnes honorate.

Item secundum quosdam hee dictiones „uenerabilis" et „reuerendus" ecclesiasticis et secularibus personis uidentur conuenire.

p) Quo ydyomate litera sit apud nos scribenda.

Quintodecimo modo per „quomodo" requiritur, quo ydiomate litera seu epistola sit apud nos scribenda. constat enim, quod tres prostant et precellunt; scilicet ebraica omnium linguarum prima, greca, et latina. omnes etiam gentes preter Latinos et Grecos barbare appellantur.

Item inuenimus non solum in Prisciano et quibusdam auctoribus set etiam in philosophis et aliis in locis grecas auctoritates cum grecis prouerbiis grecis literis conscriptas. unde Iuuenalis in satira „credo pudiciciam" grece dicit:

zoe kai psyche, modo sub lodice relictis.

zoe kai psyche tantum ualet ac si latine diceret: uita et anima, subaudis mea. item idem in alia satira:

e celo descendit gnothi seauton [1])

id est nosce te ipsum. dicitur etiam:

pictoribus atque poetis
quidlibet audendi semper fuit equa potestas.

Et sic non sine ratione queritur, quo ydyomate — scilicet barbaro, id est gallico uel theotonico, item ebrayco uel greco uel latino — litera sit apud nos scribenda.

Item conuenienter queritur, utrum epistolaris litera interdum possit [2]) scribi metrice, uel rithmice, uel mixtim scilicet prosayce rithmice et metrice.

Ad quod dici potest, saluo iudicio meliori, quod licet apud nos inter amicos quandoque fides adhibeatur literis et instrumentis barbarice et theotonice scriptis, quia in contractibus bona fides, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima interpretatio debet adhiberi, tamen in foro contentioso aliquociens uidi literas theotonice scriptas etiam sub sigillis autenticis a parte aduersa et ab ipso iudice non admissas, nec aliquam fidem eis adhibitam fuisse. nec papa, nec sua curia — sicut credo — ad lites consueuit huiusmodi literis fidem adhibere. unde consilium est, ut litere

1) Cod. *descendit notos olytos.* 2) Cod. *poscit.*

Digitized by Google

et instrumenta — precipue que forum sapiunt contentiosum — latino ydiomate conscribantur, regulis [1]) dictaminis prosaici obseruatis. et si aliquid casu uel necessitate de greco uel ebraico uel barbaro ydiomate ipsis literis est inserendum, hoc idem breue et modicum debet esse, et per latinam interpretationem expositio preponi uel subiungi debet inmediate.

Illud idem sentias de metricis et rithmicis uersiculis prouerbialibus seu auctorabilibus, si tales [2]) casus uel necessitas prosaico dictamini fecerit inseri.

Tamen scolasticus maguntinus uel causa urbanitatis uel causa nouitatis uel causa iactantie mihi quandoque scripsit literas satis prolixas a primo uerbo salutationis usque ad finem litere uersibus conscriptas inexcepte.

q) Quod litera et sigillum debent se conformare.

Sextodecimo et ultimo modo per „quomodo" requiritur de perfectione seu de modo perfectionis literarum. sicut enim hominem duo perficiunt: corpus et anima, sic et literam duo perficiunt: uirtus uerborum que se habet ad modum anime, et sigillum quod se habet ad modum corporis. unde expedit, ut uerba salutationis et epistole sigillo se conforment. alioquin in arduis causis et foro contentioso parum ualet quod agitur.

Unde caueri debet, ne in salutatione titulus mittentis discrepet a sigillo, id est ab ymagine et a literis quas habet circumferentia sigilli. si enim aliquis in salutatione se ipsum appellaret episcopum uel abbatem, et sigillum sub imagine militis armati uel sub ymagine leonis eundem appellaret comitem, uel e contrario, hoc esset absonum penitus et absurdum. unde philosophus:

> si nec pes nec caput uni
> reddantur forme;

item:

> non decet, ut placidis coeant inmitia,[3]) uel quod
> serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

Sepe tamen scribens et mittens propter carentiam proprii sigilli in fine literarum protestatur, se uel non habere proprium sigillum, uel uti alieno. quod famosi principes raro uel nunquam facere consueuerunt. semper enim sua sigilla propter ardua negocia expedienda a latere suo

1) Cod. *regularis.*
2) Cod. *quia si talis.*
3) Cod. *inimicicia.*

Digitized by Google

sub magna custodia et fideli debent habere. et nulle litere nisi ualde simplices debent domini sigillo conmuniri nisi de scitu principis speciali, et post legittimam literarum examinationem factam a prothonotario seu cancellario uel aliis qui ad huiusmodi officium sunt per principem deputati.

De bulla pape.

Item bulla pape rotunda de plumbo per cordas lini uel canapi carte solent appendi.

Et ab una parte habet capita apostolorum Petri et Pauli, ab alia parte nomen pape cum annotatione numeri equiuocorum.

Et circumferentia utrobique certis punctulis est expressa, ut eo difficilius possit falsificari, et eo facilius falsitas ualeat deprehendi.

Tamen papa famosis indulgentiis uel statutis auream bullam quandoque appendit. similiter imperator.

De forma sigillorum.

Item omnia sigilla que iam sunt in usu aut ex necessitate consuetudinis uel ex uoluntate sumunt suam formam.

Ex necessitate, sicut bulla pape et imperatoris et regum habent rotundam formam, set sigilla episcoporum et aliorum ecclesiasticorum qui sunt ecclesiastici prelati habent formam rotunde oblongam.

Ex uoluntate, sicut comites et eis equipollentes et etiam inferiores sigillis suis inponunt formam prout sue placuerit uoluntati, modo rotundam, modo triangulam, modo clipealem id est ad formam clippei. tamen non consueuerunt habere formam oblongam in sigillis.

Et ecce persone sunt, ut episcopi et eorum pares uel superiores, quorum sigilla in foro contentioso autentica reputantur. que autem sigilla — episcopis et eorum paribus et superioribus exceptis — in foro contentioso secundum ius scriptum seu consuetudinem terre approbatam autentica reputantur uel debeant reputari, non expedit explicare in presentis operis paruitate, quia glosatores iuris canonici et ciuilis in hoc casu dissimilia dicere uidentur et diuersa.

Autentica non sunt, quibus in iudicio fidem non cogimur adhibere.

Quidam etiam principes, sicut rex Hispanie, literas suas conponunt et claudunt duplici sigillo, ab utraque parte literis et ymaginibus disparibus effigiato. et ex ipsis sigillis conpactis et coniunctis de substantia carte cedula uel

Digitized by Google

cedella emissa continet nomen cui debet litera presentari. et hoc est subtilitatis mirabilis argumentum, quia sicut anima quodammodo est in corpore, non extra corpus, ita litera continens intentionem mittentis istis clauditur in sigillis, que duo sigilla unita corpus unicum representant.

Item sicut tignum dimittentem format tigillum, sic signum format sigillum. et signum est quod se offert sensui et aliud relinquit intellectui, sicut circulus dependens ante tabernam signat uinum esse uenalem in taberna.

Ohne dass an dieser stelle auf die erwähnte tragedia[1]) von fol. 13′ sp. 1 bis fol. 14 sp. 2 und auf die in vielen beziehungen — insbesondere auch wegen schöner kirchenhymnen, wie des rithmus de beata Katerina fol. 17′ sp. 1 — interessante ars rithmica von fol. 16 sp. 1 bis fol. 22′ sp. 1 rücksicht genommen werden kann, schliessen hier

XII.

die von fol. 14 sp. 2 bis fol. 16 sp. 1 reichenden dictamina oder, wie sie im rubrum bezeichnet sind, litere.

---

1) Ihre summa ist folgende. milites lx obsessi fuerunt in castello quodam. inter quos due erant lotrices. una subpleuit uices lauandi et coeundi xxx militibus, alia aliis xxx. set una dilexit quendam militem qui fuit de parte alterius lotricis. quod ut ei notorium erat, suborta fuit contentio inter lotrices, que sese ad inuicem uerberabant. contingit quod una nocte ille miles dilectus inuentus est dormiens cum illa lotrice ab alia superueniente lotrice. quos ut uidit dormientes, ambos accepto gladio interfecit. et ne facinus eius de die pateret, castellum aperuit occulte, et intromisit hostes. qui cunctos milites castelli interfecerunt. inter quos interfectus est frater ipsius lotricis, que etiam proprio fratri non pepercit, ut interfectos a se cum militibus interfectis ab hostibus occultaret.

Huius tragedie proprietates — ist noch beigefügt — sunt tales. graui stilo describitur. pudibunda proferuntur et scelerata. incipit a gaudio, et in lacrimis terminatur.

Digitized by Google

1. Summus pontifex imperatori.

Honorius episcopus seruus seruorum dei F dilecto filio Romanorum imperatori semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.

Inputabitur negligentie sompnolenti pastoris, si lupina lacerantur ouicule feritate.

Licet summi regis infallibilis prouidentia precessorem nostrum, [1]) quem hominibus in terra prefecit, iam triumphatorem in celis cum sanctis — ut dignum est credere — collocauit, non tamen idcirco succesit [2]) iniquis, qui matris preceptis obuiare filiali timore deposito presumpserunt. cum enim diuina misericordia nos honori tanto succedere uoluerit, in nobis animus esset degener, et rationi contrarium, si uel timore secularis potentie uel honeris inpositi grauedine militiam crucis huc usque celestem ad patriam ardenter festinantem permitteremus in cinere elanguere. flores enim rosarum iam aparuerunt in terra nostra per sanctos predicatores, et hortus Syon fructum promiserat germinando, cum pene tota militans ecclesia saluatoris ad honorem et ad salutem propriam subire martyrium non expauit. set iam surgit gens contra gentem, et euigilant seditiones per loca diuersa, quibus promotio terre promissionis ad reproborum letitiam inpeditur. set exconmunicatos et anathematizatos tenemus omnes qui tempestate persecutionis perflatam [3]) ecclesie floriditatem et austrum sancti spiritus pace perturbata nullatenus promerentur, inducentes discordie nequicieque sue flatibus aquilonem.

Quo circa crucis militiam in pacientia pro deliciis amplectaris, confidentie tabule cohereas, anchoram spei defigas in misericordia crucifixi. stabit enim ecclesia constanter dimicatrix, et tam [4]) pro regno nec non et honore sui, quam pro crucis agone fideliter dimicabit. non enim redditur a matre filio dampnum et maledictio qui pro matris honore paratur fundere cruorem et animam exalare. [5])

2. De cruce recipienda.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus uniuersis principibus potentibus per imperii sui fines constitutis ad quos presentia peruenerint salutem et omne bonum.

---

1) Cod. *uestrum.*
2) Von der gleichen hand ist übergeschrieben *bene euenit.*
3) Cod. *perflatum.*
4) Cod. *tamen.*
5) Cod. *exaltare.*

Digitized by Google

Studet nautica prouidentia uitare superbi maris contumelias, et insultas aeris uentorum litigio conminantis.

Cum potentes uniuersi debeant ceruicem humilem ecclesie imperiis inclinare, que mundanis inpellitur procellis, mandatis patris nostri summi pontificis uerticem porrigimus inclinatum, cum instanter persuaserit ut sancte terre ierosolomitane maturum presidium uel subsidium conferamus. uos autem tenemini nostris mandatis aures obediencie fauorabiliter exhibere, cum nostrum sit propositum infirmare crucis hostes salutifere, qui polluunt sacram terram roseo Christi sanguine purpuratam.

Conmouemur [1]) autem et plurimum condolemus de libera Sarracenorum rebellione. profundiori uero uulnere doloris ledimur pro bellis nobis domesticis et christianorum enormi presumptione, qui summum in patrem et in uenerabilem eius sponsam — uidelicet sacrosanctam ecclesiam — inpudenter presumunt cottidie debellari, dum filius matrem iniquo inpetit filiali conflictu, matris permittens inimicum habenis liberis euagari.

Quare uestre mandamus uniuersitati, precipientes quatenus magestatem imperialem offendere pertimentes in die purificationis beate uirginis Marie in nostra Colonie conpareatis presentia, quia tum ibi nostram proponimus curiam celebrare, et quod ad oportunitatem rei pertineat et honorem ecclesie uestris sicut expedit consiliis adimplere. offendit enim naturam, et obuiat rationi, qui matri clamose non succurrit cuius castum gremium a pollutis inquinatur.

3. Papa iudicibus delegatis.

Honorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis sancti Uictoris et sancte Genouefe abbatibus et priori sancte Genouefe parisiensis salutem et apostolicam benedictionem.

R clerici de sancto N accepimus questionem, quod Wernerus [2]) de sancto Dionisio et G presbiter et quidam alii clerici carnotensis et parisiensis dyocesis super debitis et rebus aliis iniuriantur eidem.

Ideoque dilectioni uestre per apostolica scripta mandamus et precipimus, quatenus partibus conuocatis audiatis causam, et appellatione remota usuris cessantibus fine debito terminetis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

---

1) Cod. *conmouemus.*

2) Die handschrift hat *W* mit dem compendium für *er*.

Digitized by Google

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia uel odio uel amore subtraxerint, per censuram eandem cogatis [1]) ueritati testimonium exhibere.

Quodsi non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nihilominus exequentur.

Datum Laterani vii kalendas octobris.

4. Citatio facta a iudicibus delegatis.

G sancti Uictoris parisiensis et F sancte Genouefe abbates et F prior sancte Genouefe parisiensis A et I de locis sic dictis sacerdotibus salutem.

Mandatum domini pape recepimus in hec uerba: *Honorius episcopus seruus seruorum dei* etc.

Quapropter auctoritate domini pape qua fungimur in hac parte uobis mandamus, quatenus G et R et alios clericos et laycos parisiensis et carnotensis dyocesium citetis, ut in octaua purificationis beate Marie Parisiis in nostra conpareant presentia, N clerico de loco sic dicto responsuri.

5. Generalis doctrina.

Ut secundum artem pauca sufficiant exempla, generalia tradenda sunt documenta circa conpositionem scriptorum in quibus secularia [2]) continentur negotia.

Omnis igitur carta continet donationem. donatio aliquando est gratuita, aliquando ex meritis proueniens. donationum alia dos, alia elemosina, alia libertas uel manumissio. quecunque fuerit istarum, semper debet assignari causa quare fiat donatio.

6. De tribus causis.

Item tria debet notarius considerare in curialibus scriptis, quecunque fuerint. que tria sunt causa, consuetudo, uoluntas.

Causa dicitur precipue efficiens et finalis.

Consuetudo, quia diuerse curie diuersas habent consuetudines.

Uoluntas, quia pro uoluntate domini pape mutat sepius stilum consuetum notarius.

Et hec dicta sunt, ne nimis prolixum fiat opus, quia magistri diem detinent scolaribus diuersimode dictando.

Item aliquando premittitur [3]) prouerbium carte, cum

1) Cod. *eandem. ap. ces. cogatis.* 3) Cod. *premittit.*
2) Cod. *specularia.*

Digitized by Google

maiores scribunt persone ecclesiastice. in cartis plebis aliis nequaquam.

7. Carta.

M dei gratia minister humilis ecclesie parisiensis uniuersis ad quos presentia peruenerint salutem in uero salutari.

Cum temporis mobilitas omnia secum temporalia precipitet, a memoria labuntur humana facta nisi litera testimonio perhennentur.

Notum sit igitur uniuersitati uestre, quod R burgensis parisiensis dedit et concessit B de loco sic dicto xxx arpenta terre iuxta Secanam extra uitriatum inter duos muros in orientali parte hereditario iure possidenda, et quindecim arpenta uinearum iuxta eandem uillam ex parte regie strate iuxta uineam monachorum sancti Martini [1]) similiter iure hereditario possidenda, predicto B de sancto Dyonisio et heredibus suis libere et quiete plenarie et integre absque omni seculari seruitio, excepto hoc quod dabit predicto B et heredibus suis annuatim de recognitione unam libram piperis ad festum sancti Remigii, item unam libram cimini ad natale, item dimidiam libram thuris ad pasca quam sacerdos eiusdem uille recipiet.

Set ne possit in posterum apud heredes suboriri calumpnia, C et D heredes predicti R, iam infra annos discretionis constituti, istam donationem mediante sacramento in nostra [2]) presentia concesserunt, astantibus ibidem B C D et multis aliis.

Ut hoc apud posteros habeat firmitatem, fecimus presentem paginam sigilli nostri munimine roborari.

Anno domini etc.

Item notandum, quod aliis modis incipiunt carte, ut: *sciant presentes et futuri, notum sit uniuersis,* etc.

8. Cyrographum.

Sciant presentes et futuri, quod hic conuentio facta est inter G militem cruce signatum et A militem de loco sic dicto, quod G miles de illo loco conmisit uillam cum omnibus pertinentiis suis A militi predicto usque in septem annos cum duabus carucatis terre et c ouibus et duobus pratis et uno nemore, hac conditione quod G miles predictus dedit quingentas libras predicto G peregre proficiscenti.

1) Cod. *martyri.* 2) Cod. *uestra.*

Digitized by Google

Quod si contigerit ipsum uiam uniuerse carnis ingredi, siue nondum in dei moratur seruitio, predictus A tenebit interim predictam uillam, donec preterierit tempus assignatum. et tunc predictus G siue heres eius recipiat uillam predictam ita munitam et restauratam in quali statu dimiserat eam Ierosolimam proficiscens.

Anno domini etc.

Hoc facto scribatur cirographum, et scindatur per medium, et tradatur una pars uni et altera pars alii.

Uel possunt sigilla autenticorum uirorum appendi. uel si habeant sigilla, unus appendat sigillum suum in cirographo alterius.

9. De examinatione.

Superius [1]) dictum est de querela et de citatione, et quid in eis exigatur.

De examinatione diuerse regiones diuersas habent consuetudines.

Quidam examinantur secrete, quidam publice. tunc autem scribatur sic: *R requisitus de loco, de tempore, de numero personarum, de modo facti, de causa per omnia concordat.* uel: *dicit idem cum B et C, set dicit se unius nomen ignorare.* et hoc si forte ignorauerit. et sic de aliis, scilicet loco et tempore.

10. De transactionibus.

Notum sit presentibus et futuris, quod ego G miles de loco sic dicto controuersiam habui pro uilla sic dicta contra abbatem et monachos sancti Germani de pratis qui partem terciam uille predicte ad ecclesiam suam ab antiquo tempore dixit pertinere. set ex consensu G abbatis et monachorum ita conuenit inter nos, quod ego G miles et heredes mei tenebimus totam uillam predictam a domino rege sicut prius tenueram, set addito quod de recognitione sopite controuersie ego et heredes mei dabimus singulis annis xl [2]) in quadragesima ad monachorum pietantiam predictorum.

Quod ut ratum habeatur apud posteros, presens pagina sigillis G predicti et abbatis et capituli confirmatur, hiis testibus episcopo parisiensi R et B et multis [3]) aliis.

---

1) Nämlich in VIII s. 499, wozu vielleicht noch die muster in XII 3 4 und 12 zu vergleichen.

2) So hat die handschrift.

3) Die handschrift hat *in literis* anstatt *multis*.

Digitized by Google

Item nota, quod conpositio [1]) et transactio in hoc differat, quod conpositio [1]) demonstrat et recitat statum preteritum facta concordia sine pena et mutatione, transactio demonstrat nouam institutionem preter consuetudines, transactio est de re non dubia uel lite incerta aliquo dato uel mutato uel retento non gratuita pactio.

11. Litere memoriales.

Officialis curie parisiensis etc.

M latrix presentium in die lune post festum beati Martini sufficienter expectauit in curia nostra R aduersarium suum, qui nec pro se misit responsalem.

Ob cuius rei memoriam ad petitionem predicte mulieris M nostro sigillo presentes litere sigillantur.

12. Cytatio.

Officialis curie parisiensis R archypresbitero sancti Seuerini salutem in domino.

Mandamus uobis, quatenus si citastis ad diem ueneris post octauas trinitatis R anglicum, quia nec ad illum diem uenit nec pro se misit responsalem, magistro F eodem die prout debuit contra eum expectante, ipsum ter uocatum exconmunicetis, nisi uobis fidem dederit de conparendo.

13. Priuilegium.

Priuilegium a priuatione legum dicitur, quia illum cui traditur auctoritate tradentis defendit.

Scribitur longis literis in principio hoc modo: *Honorius episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri G senonensi archiepiscopo* — uel *M parisiensi episcopo,* uel *dilectis filiis abbatibus R et O — in perpetuum.* hoc erit pro salutatione.

Post generalem sententiam ponetur sic: *ex iniuncto nobis apostolatus officio preces humilium exaudire debemus et eorum iustis petitionibus assensum prebere.*

Deinde sub persona domini pape tota procedat subsequens oratio. que quandoque confirmat habita, quandoque non habita set habenda. ea tamen solummodo confirmabit que licite sunt habita uel debent haberi.

Post confirmationem anathema terribile sequatur, hoc modo: *quecunque ecclesiastica persona uel secularis presentem paginam infirmare presumpserit, in extremo die distincti iudicii* — uel *examinis — cum iniquis percipiat portionem.*

---

1) Cod. *epo* mit dem abkürzungsstriche darüber.

Digitized by Google

Post hoc benedictionem proferet super illos qui priuilegium seruant, tali modo: *omnibus autem hec uerba seruantibus pax sit in domino, quatinus et in presenti uita bonorum omnium retributionem percipiant, et eterna premia beatitudinis consequantur.*

Hoc modo finitur priuilegium. in fine tamen quandoque ponitur figura, quandoque non.

Si ponatur, in dextra parte priuilegii sint duo circuli, quorum unus includat alium. et inter duos circulos fiat crux parua in parte superiori. et post crucem scribatur unus uersus ex psalterio: dominus illuminatio mea etc. ad circumferentias circuli, uel alius uersus, secundum uoluntatem domini pape. in medio circuli fiat crux longa



attingens ad circumferentias circuli. super medium brachium scribatur nomen domini pape, et inferius quotus sit in illo anno. et in sinistra parte sit quedam figura continens: ualete. in dextra parte scribantur nomina cardinalium et subscriptiones eorum sic: *B presbiter cardinalis beate Marie, N subdyaconus cardinalis.* et sic de aliis. [1])

14. Petitio de scola habenda.

G B salutem.

Trahit in periculum ouiculas pastoris ignorantia, cuius exemplo quo deberent instrui corrumpuntur. non aliter inducit anime corruptelam magistri uel pastoris tutela, cuius mentem sepelit ignorantia, cuius corpus corrumpit sentina libidinis sceuolenta.

Sicut ex conscientie uestre didici archanno, nuper proposuistis[2]) quandam remouere beluam cuius uestigia secuntur discipuli bestiales. unde uirum uestre conscientie

1) Vgl. den schluss von abschnitt X der summa aus Orleans oben s. 111 und 112 mit der note 2.

2) Cod. *propositis.*

Digitized by Google

morsum auferre peritum inueni, uidelicet latorem presentium, qui scientie splendore fulgidus set honestate morum[1]) fulgidior totam faciat patriam fulgere.

Quapropter uirum uobis mitto uirtuosum et scientia uirentem, cum summo petens affectu quatinus ei regimen scolarum talis uille per biennium concedere uelitis, ut simplices per eius conpositam uitam regantur et per instructionem corrigantur.

15. Item petitio facta summo pontifici.

Ego Iohannes talis ecclesie sacerdos parisiensis dyocesis sanctitati uestre significo, quod — cum talis sacerdos locum solitarium secus ecclesiam nostram situm ex permissione pontificis intrare uellet — ego dampno ecclesie mee uolens obuiare, dignum duxi ad sedem apostolicam appellare. set memoratus sacerdos appellationi differens eundem locum intrauit, et oblationes meas mihi subtrahere non desistit.

Unde peto iudices B C D, qui apostolica auctoritate fulti memoratum sacerdotem exire conpellant, et postea audita querela mea et rationibus auditis et intellectis utrique parti iustitiam nullatenus inpendere pretermittant.

16. Litere episcopi de elemosina ecclesie facienda.

R dei gratia parisiensis episcopus uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis[2]) salutem in domino.

Transitoria sunt temporalia, set eternum premium consequitur beneficium temporale.

Cum ad perfectionem ecclesie beati Iuliani parisiensis exigantur expense non modice, nec eiusdem loci canonicorum sufficiat paupertas ad edificationem ecclesie sue, eis conpati tenentur proximi, bonisque suis a deo sibi collatis ministrorum dominorum domini paupertatem et inperfectam ecclesiam ad perfectionis terminum subleuare.

Quare karitatem uestram diligenter exhortamur in domino, quatenus ad ecclesie predicte fabricationem secundum facultatum uestrarum exigentiam auxiliarem dexteram porrigatis uel extendatis, ut bonorum omnium que fient in ecclesia predicta participes efficiamini.

Et nos auctoritate domini, et beati Petri et Pauli et aliorum apostolorum et sanctorum meritis confidentes, xx dies

1) Cod. *iure*. 2) Cod. *inscripturis*.

Digitized by Google

inpendimus in ueniam et relaxationem peccaminum qui sub uera uiuunt uel decedunt penitentia, suarum elemosinarum ad predicte perfectionem ecclesie beneficia conferentes.

17. Litere conuersi ad fidem katholicam.

R dei gratia parisiensis episcopus uniuersis Christi fidelibus ad quos presentia peruenerint salutem et deo bonis operibus conplacere.

Misericorditer ecclesia agere tenetur cum illis precipue qui sacram ad fidem nouiter conuertuntur.

Cum ab errore iudayce secte discedens B, lator presentium, data de celo gratia, sacro fonte primum parentem purgauerit, et nudus recognouerit uerum hominum amatorem, dignum est ut elemosinis Christi fidelium sustentetur.

Quare de baptismo predicti B, latoris presentium, simul et de paupertate sua testimonium perhibemus.

Uestram exortamur in domino dilectionem, quatenus et consilium et auxilium predicto B misericorditer inpendatis, ne uelud canis in uomitum cogatur ad errorem iudaicum resilire.

18. Litere de indulgentia.

In talibus literis potest dici: *indulgemus in ueniam partem penitentiarum de terminalibus* [1]) *et medietatem de uenialibus iniunctarum.* item: *peccata oblita, uota fracta, si ad eadem non redierint.* et *offensam patris et matris, cui* [2]) *manus iniecerint uiolentas.* item: *indulgemus xxx dies in relaxationem penitentiarum sibi iniunctarum.*

19. Litere de indulgentia ordinationis.

G B salutem.

Non defertur ad altare pungens urtica, set candens lilium, quia tam odore grato ueneratur altaria quam candore.

Cum odore suaui bone fame nomen nepotis nostri G late redoleat, castitate candeat, et scientie melle sapiat, meretur ad altaris misteria promoueri.

Qua de causa iuite sue caste lilium ad altaris sacrificium eligatis, sic tamen ut ipse beneficio subleuetur, et per eum eius beneficium honoretur: post gradum subdyaconatus stolam accipiat dyaconalem, et inde sacerdotali decoratus infula mereatur ad mensam domini suscipere de sacro calice saluatorem.

1) Cod. *criminalium.* 2) Cod. *nisi.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QUELLEN UND ERÖRTERUNGEN

ZUR

BAYERISCHEN UND DEUTSCHEN GESCHICHTE.

NEUNTER BAND.

QUELLEN IX. BAND. II. ABTHEILUNG.

MÜNCHEN 1864.
BEI GEORG FRANZ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QUELLEN UND ERÖRTERUNGEN

ZUR

BAYERISCHEN UND DEUTSCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

AUF BEFEHL UND KOSTEN

SEINER MAJESTÄT DES KÖNIGS

MAXIMILIAN II.

NEUNTER BAND.

ZWEITE ABTHEILUNG.

MÜNCHEN 1864.

BEI GEORG FRANZ.

Digitized by Google

QUELLEN

ZUR

BAYERISCHEN UND DEUTSCHEN GESCHICHTE.

HERAUSGEGEBEN

AUF BEFEHL UND KOSTEN

SEINER MAJESTÄT DES KÖNIGS

MAXIMILIAN II.

NEUNTER BAND.

ZWEITE ABTHEILUNG.

COMMISSION
zur Herausgabe bayer. u. deutsch.
QUELLEN-SCHRIFTEN.

MÜNCHEN 1864.
BEI GEORG FRANZ.

Digitized by Google

Germ. Hist. 138

HARVARD COLLEGE
JAN 16 1888
LIBRARY.

Herman H. Ross
Cambridge.

Digitized by Google

Briefsteller und formelbücher

des

eilften bis vierzehnten jahrhunderts,

bearbeitet

von

Ludwig Rockinger,

beider rechte doctor,

ausserordentlichem mitgliede der akademie der wissenschaften.

Zweite abtheilung.

Digitized by Google

Digitized by Google

XI.

Dominicus Dominici aus Viseu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorbemerkungen.

Ohne alle und jede einleitung über die ars dictandi und nicht minder ohne irgend welche theoretische abhandlungen über die gegenstände rechtlicher oder prozessualischer natur, welche uns in den bisherigen arbeiten begegnet sind, tritt hier eine ohne zweifel auf der pyrenäischen halbinsel entstandene und speziell für die in den erzbischöflichen und bischöflichen kanzleien verwendeten individuen angelegte mustersammlung entgegen, in den handschriften selbst als gedrängte summa de cursu episcopali oder als summa dictaminis secundum quod notarii episcoporum et archiepiscoporum debeant notariae officium exercere bezeichnet.

Ihr urheber nennt sich im vorworte welches an ihrer spitze steht selbst als Dominicus Dominici, oriundus de civitate visentina, in arte dictatoria discipulus discreti viri domini Iohannis Severii bonae memoriae quondam archidiaconi calaguritanensis et thesaurarii visentini.

Das ist denn freilich auch so ziemlich alles was wir über ihn beizubringen wissen, insoferne die behelfe welche uns zur hand sind über Viseu und Calahorra für unseren zweck keine ausbeute gewähren.

So können wir denn auch hinsichtlich der zeit der abfassung des werkes vor der hand blos schlüsse aus seiner uns eben vorliegenden gestalt machen. sie selber aber sind dadurch wesentlich erschwert, dass — wie nur bei wenig anderen formelbüchern — mit ausserordentlicher

Digitized by Google

sorgfalt beinahe alle wirklichen namen von personen wie orten vertilgt und dieselben lediglich durch je zwei punkte oder durch zufällige anfangsbuchstaben als solche bezeichnet sind. mehrmals erscheint, insbesondere in dem schönen ehemals nach Oberaltach gehörigen von solider hand wohl zu anfang des vierzehnten jahrhunderts in zwei spalten geschriebenen cod. lat. mon. 9662 in oktav von fol. 12 bis 25, welchen wir als A zu grunde gelegt haben, Lissabon und als bischöfe desselben gleich im ersten stücke Nicolaus und sodann öfter M. hat letzterer buchstabe wirklich eine bedeutung, und ist das muster 33 dahin zu beziehen, worin Matheus ausgeschrieben ist, so stehen wir hienach auf keinen fall vor den sechziger jahren des dreizehnten jahrhunderts, indem Matheus erst da [1]) bischof von Lissabon geworden. ja läge es nicht gar zu ferne, einen gewissen zusammenhang zwischen einer in folge eines synodalbeschlusses vom jahre 1271 unterm 1. dezember erlassenen verfügung bezüglich der testamentserrichtung und unserer formel 85 anzunehmen, so befänden wir uns bereits in diesem jahrzehent, wohin auch der öfter vorkommende pabst Gregor passt, insoferne man den zehnten dieses namens darunter versteht, welcher 1271 auf den römischen stuhl gelangte, und wovon ferner der in den mustern 94 und 103 erscheinende pabst Martin IV von 1281 an — vorausgesetzt freilich, dass er richtig eingestellt ist — nicht allzuweit abstehen würde, um so weniger als bischof Matheus selbst jedenfalls bis in den oktober 1279 urkundlich beglaubigt ist. die achziger jahre des dreizehnten jahrhunderts wären demnach der ungefähre zeitpunkt der vollendung unserer sammlung nach ihrer gestalt in der bemerkten handschrift.

Ausser dieser standen uns noch eine hiesige und durch freundlichst entgegenkommende übersendung auch zwei hand-

1) Ribeiro führt ihn in seinen dissertações chronologicas e criticas sobre a historia e jurisprudencia ecclesiastica e civil de Portugal V s. 175 vom 6 november 1263 an auf.

Digitized by Google

schriften der universitätsbibliothek zu Königsberg zur verfügung. während die hiesige = C, in dem zweispaltig äusserst klein in sehr guter zeit des vierzehnten jahrhunderts geschriebenen aus dem kloster Windberg stammenden cod. lat. 22294 fol. 97 bis 107, mit unserer ersten eine gemeinsame quelle gehabt zu haben scheint, zeigt die eine der königsberger handschriften = B [2]) allerdings abweichungen sowohl in den überschriften als im texte, aber keineswegs in dem grade wie die andere [3]) hier als D verglichene, welche offenbar einem für die erzdiöcese Tours oder genauer die diöcese Angers bestimmten originale entnommen ist, und abgesehen von der bedeutend geringeren anzahl der muster auch eine theilweise ganz andere redaction derselben in den überschriften wie namentlich im texte selbst entdecken lässt.

Während nämlich in den übrigen drei handschriften fast zusammenstimmend [4]) im ganzen 112 muster sich finden, fehlen hier im ganzen nicht weniger als 27, wovon 19 auch in dem zwischen das vorwort und das eigentliche musterbuch ursprünglich schon eingestellten inhaltsverzeichnisse nicht aufgeführt sind, so dass jedenfalls deren auslassung

---

2) Vgl. darüber Steffenhagen's katalog der codices ad jurisprudentiam pertinentes der königsberger bibliothek num. XLIV. 1.

3) Ebendort num. CXII. 1.

4) In A und C ist num. 32 ausgeblieben, findet sich aber in das zwischen das vorwort und das eigentliche musterbuch ursprünglich schon eingestellte inhaltsverzeichniss aufgenommen.

Während es die letztere bewandtniss auch mit num. 61 hat, fehlt sie im texte von A.

Nicht minder werden in A und C die beiden muster 73 und 74 vermisst, wiewohl sie sich im inhaltsverzeichnisse finden.

Entgegen ist in B zwischen die muster 34 und 35 noch eines ohne rubrum eingeschoben.

Soll endlich auch noch auf den im liber plurimorum tractatuum juris — impressus per Anthonium Koberger Nuremberge anno domini 1494 in vigilia sancti Iohannis baptistae — befindlichen abdruck rücksicht genommen werden, so fehlen darin die stücke 14, 18, 26, 55.

Digitized by Google

in der sammlung selbst[5]) nicht der etwaigen nachlässigkeit des abschreibers zur last fällt.

Nun möchten anhaltspunkte kaum gegeben sein, welche sicher zu der annahme berechtigen, dass allenfalls aus dem formelwerke wie es uns in den anderen handschriften vorliegt eine ausscheidung von stücken vorgenommen worden, welche für Tours und beziehungsweise Angers nicht passen wollten. so dürfen wir denn wohl auf dem umgekehrten und auch naturgemässeren wege stehen bleiben, und zunächst auf das vorhandensein einer — ursprünglich portugiesischen oder auch vielleicht spanischen — sammlung von formeln für die erzbischöflichen und bischöflichen kanzleien schliessen, ohne desshalb gerade aus der in der bemerkten zweiten königsberger handschrift befindlichen auf deren original rathen zu wollen, welche dann wegen ihrer praktischen brauchbarkeit eben nach und nach — möglicher weise mehr als einmal — mit weiteren beispielen je nach bedarf versehen wurde.

Bei dieser annahme könnte es sich nun einmal fragen, in welche zeit die anlage jenes portugiesischen oder vielleicht spanischen werkes fällt, und sodann welches etwa das verhältniss des Dominicus Dominici hiezu sein mag. nimmt man den gleich im ersten musterstücke gleichmässig in allen vier codices ausgeschrieben erscheinenden bischof Nicolaus, welchen A und B als von Lissabon aufführen, welches das ganze dreizehnte jahrhundert hindurch keinen bischof dieses namens kennt, als bischof der vaterstadt unseres autors, so werden wir hiedurch in das zweite jahrzehent[6]) hinaufgerückt. auch der bischof Vicenz, welcher in der — in D fehlenden — numer 49 in A B C wieder gleichmässig ausgeschrieben

5) Die fehlenden stücke sind hier, wenn wir die im bemerkten inhaltsverzeichnisse aufgeführten zur leichteren ausscheidung mit einem sternchen versehen, folgende: 16*, 19, 32*, 34*, 35*, 37, 38, 43*, 44, 47, 48, 49, 50, 53, 54*, 55, 67, 68, 90*, 91, 92, 99, 100, 102*, 104, 105, 111.

6) Nach Ribeiro a. a. o. s. 202.

Digitized by Google

erscheint, passt trefflich sowohl nach Viseu als in das bezeichnete jahrzehent. konnte nun nicht vielleicht gerade dort im ausgange des zweiten oder etwa im dritten jahrzehent der lehrer unseres Dominicus, nämlich Iohannes Severius, welcher bekanntlich thesaurarius von Viseu war, eine auf diese diöcese lautende mustersammlung benützt oder auch zum zwecke seines unterrichtes erst angelegt haben? gehen wir weiter auf den fort und fort begegnenden bischof Mathaeus über. auch einen solchen treffen wir in Viseu von 1254 an. [7]) konnte nicht jene ursprüngliche summa in dieser zeit noch mit weiteren für angemessen erachteten stücken — und wenn Dominicus Dominici dahin fällt, eben gerade von ihm — bereichert worden sein? konnte man da nicht etwa leicht in Lissabon von ihr notiz genommen haben, wo von 1263 an auch ein nicht unberühmter Mathaeus auf dem bischöflichen stuhle sass, so dass man einmal den so häufig vorkommenden anfangsbuchstaben M oder auch den ganzen namen Mathaeus in einer grossen menge von formeln gar nicht zu ändern brauchte, und auf der anderen seite die etwa neu — und wenn Dominicus Dominici in diese zeit fällt, etwa gerade von ihm — dazu aufgenommenen stücke von dem ganzen gar nicht widerlich abstachen? ist das wirklich der fall gewesen, konnte dann nicht später diese sammlung grosse verbreitung finden, nachdem im letzten viertel des dreizehnten jahrhunderts zu Lissabon eine hochschule errichtet worden war, an welcher speziell neben dem weltlichen insbesondere kirchliches recht gelehrt wurde?

Freilich sind wir damit immer noch nicht dazu gekommen, in verlässiger weise das jahrzehent zu bezeichnen, in welches die thätigkeit des Dominicus Dominici an unserer summa fällt. wissen wir ja überhaupt nicht einmal sicher, ob selbe nicht etwa nur ein theil eines grösseren werkes desselben ist. wenigstens führt eine uns

7) Nach Ribeiro a. a. o. s. 202 und 203.

Digitized by Google

freundlichst übermachte königsberger papierhandschrift[8]) zu dieser vermuthung. sie bietet von fol. 254 sp. 2 bis fol. 255 sp. 1 den anfang, leider nur den anfang, eines seinerzeit noch zu besprechenden prozesslehrbuches unter der überschrift: item collecta ex summa magistri Dominici de ciuitate Visencia. et primo de ordine processus iudicy. möglicher weise bildete eben diese äusserst klar gehaltene kurze darstellung des verfahrens bei den geistlichen gerichten[9])

---

8) Vgl. darüber Steffenhagen a. a. o. num. CLII. 3.

9) Ihr wortlaut ist nach der angeführten handschrift unter dem bereits bemerkten rubrum wie folgt:

Reus citari debet a iudice. et eo veniente ad iudicium libellus offeratur ab actore. quo oblato inducie deliberandi dantur ipsi reo, in quibus deliberare debet an velit contendere vel liti cedere. finitis inducys reus venire debet ad iudicium. respondere tenetur actori super peticione sua, affirmando vel negando illud quod actor contra eum proposuit siue proponit. et ista affirmacio vel negacio dicitur litis contestacio. lite contestata prestandum est iuramentum calumnie a partibus. quo prestito partes, id est actor et reus, interrogantur a iudice super causa principali. deinde partes debent producere testes et instrumenta ad probandum intencionem suam. post hoc puplicanda sunt dicta testium in iudicio presentibus partibus. super quibus dictis disputatur. quibus publicatis, et instrumentis adhibitis ab vtraque parcium, et allegacionibus factis ab aduocatis parcium seu eciam ab ipsis partibus, iudex debet motum animi sui informare secundum dicta testium et instrumentorum, secundum raciones aduocatorum et allegaciones. deinde iudex, cum inspexerit aut discusserit merita cause plenissime, debet ipsum negocium terminare per sentenciam diffinitiuam. a qua, si iniqua aut iniusta fuerit, poterit iudicatus appellare.

De citacione.

Citacio est vocacio rei ad iudicium. et est principium cause, ita quod post ipsam causa dicitur incepta secundum ius canonicum. vnde si iudex citet aliquem, et ille citatus pendente citatione transfert se ad aliam iurisdictionem, id est ad iudicium alterius iudicis, iste non potest declinare iudicium primi iudicis, quia preuentus est citacione.

Notandum quod citacio debet fieri tribus edictis, quorum quolibet reus vocitatur ut respondeat. vel — quod melius — ex causa potest fieri una peremptoria, ita quod reus primo peremptorie compareat vel respondeat.

Digitized by Google

den gegenstand einer besonderen abtheilung jenes grösseren werkes welches wir hienach wohl nicht ganz ohne grund vermuthen können.

Notandum quod iudex delegatus a papa vel a legato, si citat aliquem peremptoria citacione, citacioni debet inserere auctenticum domini pape vel delegati in propria forma ipsius.

De ferys quibus non habentur iudicia.

Sunt autem triplices ferie, scilicet solemnes rustice et repentine.

Solemnes sunt, que introducte sunt ob reuerenciam dei et sanctorum, vt sunt dies festi quos populus solet celebrare. in his ferys non valet citacio facta a iudice, nec processus iudicy factus vel habitus, nec sentencia lata, vt si iudex citaret vel sentenciam ferret in hys ferys, etiam si (*cod. saltem nisi*) fuerit de consensu parcium.

Rustice ferie, que introducte sunt propter necessitatem hominum, vt tempus messium vel vindemiarum. et tunc quiescere debet strepitus iudicy. iudex tamen potest citare, si de consensu parcium fuerit, et eciam procedere in causa in ferys rusticis.

Repentine, quas aliquis princeps introduxit propter diem natiuitatis sue vel fily, vel quia tunc triumphauit cum inimicis suis. et hee ferie non sunt in vsu.

Reus citatus aut conparet, aut non. si non conparet, et contumaciter se absentat, exconmunicandus est propter contumaciam.

De excepcione.

Excepcio est actoris exclusio. et est quedam defensio per quam reus intendit se defendere.

Et quedam est dilatoria, quedam peremptoria.

Dilatoria, quia per eam differtur et impeditur causa. et quandoque proponitur contra iudicem, quandoque contra suam iurisdictionem, quandoque contra actorem et procuratorem actoris, quandoque contra tempus quo aliquis citandus est.

Contra tempus sic excipitur: quo tempore citatus sum, non potui iure citari, quia feriatum fuit. vnde peto quod condemnetis partem aduersam in expensis.

Peremptoria excepcio est, que probata perimit causam et intencionem actoris. verbi gracia vt si reus dicat contra actorem: tu petis a me x marcas quas tenebar. set iniuisti iure mecum pactum de non petendo, quod non peteres a me debitum. hoc facto reus absoluitur ab instancia iudicy. et actori imponatur silencium perpetuum illius cause.

Item si reus vult excipere contra actorem vel procuratorem actoris et contra rescriptum eius vel alias litteras quascumque eciam papales, hoc debet facere ante litem contestatam. et maxime in principio litis statim debet excipere contra personam iudicis, si sibi suspectus

Digitized by Google

Wäre ausgemacht, dass der in der neuen ausgabe der bibliothèque sacrée von Richard und Giraud XXIe s. 392 als bischof von Salamanca aufgeführte „Dominique Dominquez, mort en 1267" eine und dieselbe person mit dem autor unseres werkes ist, so wäre allerdings für dessen ursprüngliche abfassung jedenfalls vor dem jahre 1267 ein fester anhaltspunkt gewonnen.

Ob etwa andere handschriften unseres werkes [10]) zu bestimmteren ergebnissen führen, vermögen wir im augenblicke nicht zu behaupten. so bleibt uns demnach vor der hand nichts übrig, als unsere summa lediglich nach der gegenwärtig vorliegenden gestalt hier in der weise unserer sammlung einzureihen, als ob sie in den schluss der siebenziger oder möglicher weise in den anfang der achziger jahre des dreizehnten jahrhunderts fiele, letzteres nämlich wenn der eben blos in den mustern 94 und 103 der handschrift A erscheinende pabst Martin IV richtig eingestellt ist.

---

est. et debet recusare ipsum taliter tanquam suspectum ante litis contestacionem. postea non potest, nisi causa actoris ipsius prius sit finita. vnde quando actor reo offert libellum ad conueniendum eum, reus si vult ipsum actorem reconuenire, potest et debet eciam libellum offerre actori ad reconueniendum eum.

10) Der hiesige aus Ebersberg stammende cod. lat. 6000 fol. 116 bis 165' wurde, als eine im jahre 1525 gemachte mit der bereits bemerkten incunabel Koberger's übereinstimmende abschrift nicht in betrachtung gezogen.

Eine summa magistri Dominici de arte notariatus in einer handschrift der universitätsbibliothek zu Breslau ist im archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtskunde XI s. 701 erwähnt.

Eine summa dictaminis magistri Dominici yspani findet sich in einer handschrift des vierzehnten jahrhunderts auf der universitätsbibliothek zu Prag. ebendort X s. 660.

Von einer in einer handschrift des vierzehnten jahrhunderts der öffentlichen bibliothek zu Bern befindlichen summa dictaminis magistri Dominici hispani für notarii archiepiscoporum et episcoporum bemerkt das erwähnte archiv V s. 499, sie verdiene nähere einsicht: die namen derer welchen die briefe geschrieben worden seien zum theil erhalten.

Digitized by Google

Incipit summa dictaminis secundum quod notarii episcoporum et archyepiscoporum debeant notarie officium exercere. [1]

I.

Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, cum reuera omnis sapiencia [2] honor [3] facultas virtus et potestas memoria et intellectus et cetera bona per que humanum genus regitur ab illo procedant patre qui creauit ex nichilo vniuersa.

Ea propter siquidem ut preterita et presencia cedant ad capacitatis [4] memoriam in futuro, cum inter cetera dona [5] et virtutes Christi in sacris scripturis memoria quam plurimum conmendetur, cum dicat Seneca: inter humane nature conmoda nil dignius memoria reperitur, in Christi nomine et eiusdem gracia — licet quam plures doctores et periti iuris [6] canonici et ciuilis existant clyppeo premuniti, et non ignorent prudenter ac discrete tamquam cause defensores aduocacionis officium exercere, et tamquam magistri [7] doctores iudices et iuris consulti causas cum maturitate debita terminent, [8] non tamen quendam verborum modum racione cursus secundum [9] dictandi [10] naturam tamquam practicam propter disuetudi-

---

1) B: *incipit summa de cursu episcopali sub breuitate uerborum compilata.*
D: *forma composita per dominum Dominicum Dominici ispanum quomodo notarii archiepiscoporum et episcoporum habeant officium notarie exercere. et primo prohemium.*

2) A B und C fügen nach *sapiencia* noch *diuiciarum* ein.

3) In B fehlt *honor.*

4) D hat blos: *procedunt ad compacitatis.*

5) B: *bona.*

6) A B und C: *doctores periti a iuris.* D: *doctores et iuris periti.*

7) B und D: *magni.*

8) B: *terminarent uel terminent.* D: *terminare.*

9) A B C D: *et.*

10) D: *dictaminum.*

Digitized by Google

nem sciunt aliquatenus ordinare, cum non nulli in stilo dictaminis quadam [1]) verborum prolixitate substanciam siue naturam rei sue [2]) minime contingunt, [3]) alii vero inproprie, alii etiam inperfecte, quod [4]) arengas volunt pretendere, alii autem inducunt [5]) quam plurimas nouitates — idcirco ego Dominicus Dominici, [6]) oriundus de ciuitate visentina, [7]) in arte dictatoria discipulus discreti viri domini Iohannis Seuerii [8]) bone memorie quondam archidyaconi [9]) calaguritanensis et thesaurarii visentini, [10]) quod [11]) per spacium temporis et continue circa officium notarie cum diligencia [12]) sollicitus et attentus non similitudinarie non per allegoriam non diffuse set plane [13]) et proprie, licet in sciencia memoria [14]) et intellectu insufficiens existam, [15]) non tamen ad sapientum et peritorum erudicionem, quia [16]) videretur quedam inpossibilitas nature, ut canon dicit: super vacuis laborat inpendiis qui solem facibus nititur adiuuare, set ad instructionem [17]) quorundam nouiciorum in arte dictatoria discere volencium et prodesse, quandam breuem dictandi summam secundum quod notarii episcoporum et archyepiscoporum debeant [18]) notarie officium exercere, et alias etiam litteras excipiendo, [19]) per ordinem in hoc breuissimo volumine conpilabo. [20])

II.

1. Primo sequitur forma specialis litterarum citatoriarum in causa peccuniaria.

2. Sequitur et alia quando rector spoliat clericum suo prestimonio.

3. Alia citacio contra in parte generalis et specialis parte.

4. Citacio contra parochianos denegantes soluere decimas obuenciones et alia iura suo rectori.

---

1) A C: *quandam*. B: *tamquam*.
2) A B C: *sius*, während D *rei sue minime* gar nicht hat.
3) A C D: *contingentem*. B: *contingentium*.
4) B und D: *qui*.
5) D: *et alii etiam reducunt*.
6) In B fehlt *Dominici*.
7) B: *uisene* mit dem abkürzungszeichen für *a* über dem *e*. D: *uicentina*.
8) D: *Seuerini*.
9) D: *archiepiscopi*.
10) D: *uicentini*.
11) B und D: *qui*.
12) A und C: *diligenter*. D: *diligencia sui* oder *fui*.
13) B und D: *plene*.
14) D: *memorata*.
15) D: *sufficiens existat*.
16) A: *qua*. C: *quod*.
In D fehlt von hier an bis *adiuuare* einschliesslich alles.
17) In D fehlt *ad instructionem* auch noch.
18) D: *debent*.
19) A: *excipiendi*. D: *incipiendo*.
20) C: *conpliabo*.

Digitized by Google

5. Alia citacio contra rectorem recipientem ad diuina parochianos alterius ecclesie.

6. Alia contra subditos prauitatem vsurariam exercentes.

7. Citacio in causa matrimoniali, quando vir diuertit ab vxore et contraxit de facto cum vxore secunda.

8. Citacio in causa matrimoniali, quando vir diuertit ab vxore.

9. Citacio in causa matrimoniali que emanat ad instanciam vxoris eo quod est affinitas inter ipsam et virum. [1])

10. Citacio in causa matrimoniali eo quod propter inpotenciam perpetuam nor cognouit vxorem cui per triennium continuum cohabitauit.

11. Alia littera super adulterio conmisso.

12. Sentencia lata pro matrimonio separando quantum ad cohabitacionem thori occasione adulterii.

13. Sentencia diffinitiua lata pro matrimonio, quando secundum matrimonium de facto contractum decernitur esse nullum.

14. Sentencia pro matrimonio lata.

15. Sentencia diuorcii lata inter virum et vxorem propter viri inpotenciam coeundi.

16. Sentencia lata diuorcii inter virum et vxorem propter affinitatem.

17. Qualiter apostoli concedantur, cum in causa matrimoniali uel alia a sentencia finali uel interlocutoria appellatur.

18. Forma exconmunicacionis, qualiter procedatur contra contumaces nolentes coram iudice conparere, cum constat de contumacia.

19. Alia forma exconmunicacionis, cum non constat de contumacia.

20. Qualiter exconmunicatus propter contumaciam, prestans caucionem de parendo iuri, refusis expensis, debeat absolui et denunciari absolutus.

21. Qualiter sentencia pro matrimonio lata sit execucioni mandanda.

22. Qualiter episcopus scribere debeat vniuersis prelatis et vicariis, quando vir diuertit ab vxore et est vagabundus.

23. Sentencia lata pro causa peccuniaria super condempnacione rei de qua agitur. et similiter in eadem causa sentencia cum reus absoluitur ab inpeticione actoris.

---

1) A: *vxorem.*

Digitized by Google

24. Forma qualiter episcopus conuicinus debet sequi sentenciam sui coepiscopi.

25. Littera dimissoria siue conmendatoria pro clericis se ad partes alias transferentibus.

26. Sequitur alia forma litterarum dimissoriarum que breuior est.

27. Quod clerici extranei non recipiantur in episcopatu sine litteris conmendatoriis.

28. Littera per quam conceditur presbytero aliunde venienti quod celebret in episcopatu.

29. Littera episcopi directa ad episcopum quod promoueat ad ordines clericos sue dyocesis.

30. Littera ordinacionis ab episcopo extraneo.

31. Forma litterarum pro redempcione captiuorum.

32. Forma litterarum pro recolligendis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum.

33. Forma litterarum per quam episcopus conmendat nuncios pro recolligendis elemosinis rectoribus ecclesie sue dyocesis.

34. Forma litterarum pro fabricacione pontum.

35. Littere de fabricis ecclesiarum.

36. Forma littere quod qui de sarracena perfidia uel iudaysmo sumpsit originem ad fidem katholicam est conuersus.

37. Qualiter episcopus auctoritate domini pape dispensat cum scolare super defectu natalium.

38. Qualiter episcopus auctoritate domini pape penitenciarii dispensat cum clerico super irregularitate contracta super concubinam.

39. Quando episcopus vocat ad synodum clericos sue dyocesis.

40. Qualiter episcopus procedat contra clericos non venientes ad synodum.

41. Qualiter excusat aliquem a synodo.

42. Qualiter vocat clericos sue dyocesis ad ordines suscipiendos.

43. Littera ordinacionis ab episcopo suo.

44. Qualiter excusat aliquem ab ordinibus suscipiendis.

45. De inuentario faciendo in ecclesia vacante.

46. Qualiter episcopus mittere debeat patronis quod presentent se ad ecclesiam vacantem.

47. Qualiter episcopus constituit rectorem in ecclesia ad presentacionem patronorum.

Digitized by Google

48. Qualiter episcopus conmendat ecclesiam cum conmendatos facit fructus.
49. Concessio conmendacionis per episcopum per suum vicarium facte.
50. Qualiter ecclesia conmendetur ad tempus.
51. Confirmacio porcionis cum prestimonio in ecclesia vacante.
52. Confirmacio prestimonii tantum.
53. Conmissio generalis causarum.
54. Conmissio specialis.
55. Alia conmissio in causa matrimonii.
56. Alia conmissio in causa diuersa matrimonii.
57. Alia conmissio in causa matrimonii in diuersis articulis.
58. Reuocacio conmissionis.
59. Forma littere de confirmacione porcionis tanto tempore vacantis quod collacio ipsius est ad episcopum deuoluta.
60. Quando possessio datur in emphiteotico contractu.
61. Forma confirmacionis super diuisione inter rectorem et clericos facta.
62. Qualiter episcopus procedat contra illos qui veniunt contra diuisionem.
63. Qualiter episcopus conpellat rectorem et clericos quod ministrent socio in scolis fructus sue porcionis.
64. Qualiter episcopus defendit ab exactionibus et foris secularibus promotum ad ordinem maiores cum virgine matrimonialiter contrahentem. et qualiter procedat etiam contra pretorem et aluaciles, non permittentes dictum contrahentem gaudere priuilegio clericali, et nolentes ipsius sentencias obseruare.
65. Carta quietacionis quod bona episcopi receperunt et expenderunt.
66. Alia littera quietacionis quando aliquid remanet ad soluendum.
67. Quando episcopus vadit ad visitandam dyocesim.
68. Littera episcopi conpulsiua quod rector faciat in ecclesia residenciam personalem.
69. Qualiter episcopus dispensat cum aliquo quod possit duo beneficia licite retinere.
70. Qualiter episcopus excusat aliquem rectorem ad tempus a residencia in ecclesia facienda.
71. Qualiter episcopus publicare et significare debeat consecracionem ecclesie.

Digitized by Google

72. De anniuersario dedicacionis ecclesie.
73. De viduis pupillis et orphanis defendendis.
74. De episcopo ad episcopum vicinum quod in sua dyocesi suppleat vices suas.
75. Cum archyepiscopus scribit suis suffraganeis quod consecrent electum in episcopum.
76. Qualiter iudeus conpellatur per censuram ecclesiasticam indirecte.
77. De episcopo ad legatum pro clerico concubinario.
78. Qualiter episcopus remunerat laycos sibi seruientes.
79. Qualiter episcopus absens facit aliquem canonicum recipi in ecclesia cathedrali.
80. Qualiter exconmunicetur in genere qui furta conmisit.
81. De limitacione ecclesiarum.
82. Qualiter contra clericum incorrigibilem procedatur.
83. De constitucionibus synodalibus registrandis.
84. Qualiter constituciones synodales execucioni mandentur.
85. De eo qui intestatus decessit.
86. Visitacio contra clericum per archydiaconum.
87. Ad fratres predicatores deportantes alienum parrochianum ad sepulchrum.
88. Composicio inter episcopum et capitulum.
89. Quod conposicio confirmetur per papam.
90. Compromissum in arbitros.
91. Contractus mutui.
92. Refutacio peccunie numerate.
93. Contra officiales ciuitatis qui tenent aliquem obsessum in ecclesia.
94. Reseruacio beneficii auctoritate apostolica.
95. Conlacio beneficii auctoritate apostolica.
96. Cum metropolitanus vocat ad synodum ipsius suffraganeos.
97. De anniuersario dato ecclesie ab episcopo viuente.
98. De condendo testamento.
99. Cum episcopus constituit procuratorem in romana curia.
100. Quando episcopus constituit procuratorem ad mutuum contrahendum.
101. Confirmacio beneficii ad instanciam sui viccarii.
102. Confirmacio beneficii auctoritate apostolica.
103. In eundem modum uel quasi.
104. Quando episcopus conmittit vices suas canonico

Digitized by Google

ut absoluat clericos secundum litteras penitenciarii domini pape.

105. Littera citatoria auctoritate apostolica.

106. Qualiter procedatur contra contumaces nolentes conparere secundum auctoritatem apostolicam.

107. Qualiter episcopus conmittit vices suas archydiacono in quadam causa secundum auctoritatem apostolicam.

108. Qualiter episcopus scribat domino pape, cum appellatum est in causa sibi conmissa.

109. Proemium super graciis faciendis.

110. Super eodem.

111. Super eodem.

112. Super eodem.

III.

1. Primo sequitur forma litterarum specialis citatoriarum in causa peccuniaria.

Nycolaus miseracione diuina vlixobonensis [1]) episcopus dilecto suo presbitero [2]) Iacobo [3]) salutem et bonum.

Querelam talis mercatoris . . de . . loco accepimus, continentem quod — cum talis de tali loco causa mutui *uel* depositi *uel* alicuius contractus xx libras . . monete [4]) sibi soluere teneatur — eidem dictas libras soluere recuset,[5]) licet terminus in quo ipsas soluere debuit sit elapsus.

Quo circa vobis precipiendo mandamus, quatenus dicto . . ex parte nostra dicatis,[6]) quod — si ita est — cum prefato mercatore amicabiliter se[7]) conponat, uel a recepcione presencium usque ad xv dies,[8]) quem sibi terminum peremptorium terminum assignamus, coram nobis conpareat, facturus et recepturus super hiis quod[9]) ordo dictauerit racionis. alioquin in dicta causa prout de iure fuerit procedemus.

Quod si dies conparicionis uel litigii in diem caderit[10]) feriatam, conpareat in [11]) sequenti proxima non feriata.

---

1) B: *ulix episcopus bonon* (mit dem abkürzungsstriche über dem letzten *n*.) C: *pataulensis*. D: *andegauensis*.

2) B: *patri*.

3) Während D gar keinen namen gibt, hat C: *Vlrico*.

4) D: *libras turonenses*.

5) Von hier an bis *soluere* einschliesslich ist in A und C ausgefallen, welche sodann zwischen *debuit* und *sit* einschieben: *terminus*.

6) B: *dictum ex parte nostra moneatis*.

7) In B fehlt *se*.

8) B: *ad quintum decimum diem quem*.

9) D: *facturus allegaturus et recepturis quod*.

10) B: *ceciderit*.

11) D: *litigii iuridica non fuerit. alioquin*.

Digitized by Google

Et de citacione et diei assignacione, et de hiis [1]) que circa hec geritis, nos certos per vestras litteras faciatis.

2. Citacio quando rector spoliat clericum suo prestimonio. [2])

N miseracione etc. dilecto suo . . etc.

Accedens ad nostram presenciam lator presencium nobis exposuit conquerendo, quod vos [3]) quodam suo prestimonio, quod se in dicta ecclesia canonice asserit obtinere, auctoritate propria spoliastis.

Quo circa mandamus vobis, quatenus — si est ita — dictum prestimonium cum fructibus inde perceptis [4]) restituatis, uel a recepcione presencium usque ad viii dies, [5]) quem vobis peremptorium terminum assignamus, conpareatis, [6]) facturi et recepturi etc. *ut supra in proxima.*

Quod si dies conparicionis uel litigii in diem etc.

3. Alia citacio contra [7]) in parte generalis et in parte [8]) specialis.

N miseracione etc. dilecto suo .. rectori .. ecclesie etc.

Veniens ad nos rector ecclesie . . nobis grauiter est conquestus, quod vos super quadam peccunie quantitate [9]) iniuriamini eidem pro vestro libito voluntatis.

Idcirco vobis mandamus, quatenus — si est ita — super premissis cum eodem amicabiliter conponatis, [10]) uel [11]) a recepcione presencium etc. *ut supra.*

Quodsi dies etc. datum etc.

4. Alia citacio contra parrochianos denegantes soluere decimas obuenciones [12]) et alia iura suo rectori.

N miseracione etc. dilectis suis parrochianis .. ecclesie etc.

Iohannes rector ecclesie . . nobis grauiter conquerendo [13]) monstrauit, quod vos contra deum et iusticiam

---

1) D: *et aliis.*
2) D: *alia littera quando aliquis spoliatur prestimonio.*
3) B fügt *eundem* bei.
4) A: *receptis.* C: *percepisti.*
5) B: *diem.* D: *presencium hinc ad octo dies quem.*
6) B und D: *coram nobis conpareatis.*
7) C: *contraria.*
8) In A fehlt *in parte.*
9) D: *summa.* B: *quantitate siue summa siue pannis et rebus aliis.*
10) B: *componentes.*
11) D: *alioquin.*
12) In D fehlt *obuenciones.*
13) B: *nobis condolendo.*

Digitized by Google

sibi decimas oblaciones mortuaria et quedam alia iura soluere denegatis [1]) pro vestro libito voluntatis.

Idcirco vobis mandamus, quatenus — si ita est — debeatis eidem de premissis[2]) plenarie respondere. alioquin nos damus [3]) nostris litteris in mandatis, ut monicione premissa [4]) ad soluendum eidem de premissis per censuram ecclesiasticam vos conpellat.

Si vero creditis aliquam iustam causam habere propter quam sibi predicta iura soluere non debeatis, mandamus vobis,[5]) ut usque ad quintum decimum diem post recepcionem presencium coram nobis firmiter conpareatis, facturi et recepturi [6]) etc. *ut supra.*

Datum etc.

5. Alia citacio contra rectorem recipientem ad diuina parrochianos alterius ecclesie.

N [7]) miseracione etc. dilecto suo . . rectori . . ecclesie salutem etc.

Rector . . ecclesie nobis grauiter conquerendo monstrauit, quod vos auctoritate propria contra deum et iusticiam et in preiudicium suum [8]) non modicum [9]) tamquam rector[10]) mittens falcem[11]) in messem alienam parrochianos suos recipitis[12]) ad diuina, eisdem ministrando ecclesiastica sacramenta.

Quo circa mandamus vobis, quatenus — si est ita — eidem de tanta iniuria satisfaciatis plenarie. alioquin a recepcione presencium etc.

Datum etc.

6. Alia citacio contra subditos vsurariam prauitatem [13]) exercentes.

N miseracione etc. mercatori salutem etc.

Querelam latoris presencium accepimus, continentem quod — cum ipse vobis [14]) quandam possessionem pro certa quantitate peccunie pignori obligasset — vos non

---

1) D: *recusatis.*
2) B: *predictis decimis oblacionibus et mortuariis et iuribus aliis.*
3) D: *alioquin dedimus.*
4) D: *monicione canonica preuia.*
5) In A und C fehlt *mandamus vobis.*
6) B und D haben blos: *vobis quatenus a recepcione presencium.*
7) B: *nos.*
8) In D fehlt *suum.*
9) D setzt noch bei: *et grauamen.*
10) In B fehlt *rector.*
11) D: *falcem suam.*
12) B: *recepistis.*
13) C: *vicium vsure.*
14) D: *olim.*

Digitized by Google

wltis predictam possessionem dimittere, [1]) cum de sorte predicta per fructus et redditus possessionis ipsius sitis [2]) ut asserit iam contenti. [3])

Vnde vobis consulimus et [4]) mandamus, quatenus facta conputacione de hiis que ex fructibus et redditibus dicte possessionis [5]) hactenus recepistis dicto [6]) prefatam possessionem' et quicquid ultra sortem recepistis restituatis, cum non deceat seruos Christi tanquam hereticos uel iudeos alimenta sua acquirere [7]) per vsurariam prauitatem. alioquin a recepcione presencium etc. *ut supra.*

Datum etc.

7. Deinde in causa matrimoniali, [8]) quando vir diuertit ab vxore et contraxit de facto cum secunda. [9])

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori etc.

Veniens ad nos Maria, [10]) latrix presencium, nobis exposuit conquerendo, quod — cum Iohannes quem suum maritum asserit et ipsa [11]) in [12]) facie ecclesie per verba de presenti ad inuicem matrimonialiter [13]) contraxissent [14]) — idem Iohannes tamquam sue salutis inmemor diuertit ab eadem, contrahens matrimonium cum . . muliere de facto, cum de iure non posset. quare peciit a nobis Maria [15]) predicta, super premissis sibi fieri iusticie conplementum.

Vnde mandamus vobis, quatenus predictum Iohannem et illam cum qua postmodum ut asseritur matrimonium de facto contraxit auctoritate nostra citetis, ut [16]) die . . quem peremptorium terminum [17]) assignamus nostro conspectui se presentent, ut inter eos quod iustum fuerit [18]) decernatur. alioquin etc. mandantes vobis nichilominus auctoritate predicta, ut testes quos vtraque pars producere voluerit ad suam intencionem probandam ad veniendum et perhi-

---

1) D: *restituere eidem.*
2) B: *satis.*
3) B hat noch *esse possitis.*
4) In B fehlt *consulimus et.*
5) D: *redditibus quos de dicta possessione.*
6) Von hier an bis *recepistis* einschliesslich ist in A und C ausgefallen.
7) D: *admittere.*
8) B: *matrimonii.*
9) B: *contrahit de facto cum alia.* C: *contrahit cum alia.*
10) B: *matrona ut asserit in.*
11) In allen vier handschriften fehlt *ipsa.*
12) D: *maritum.*
13) D: *matrimonium.*
14) A und C: *contraxisset.*
15) B: *matrona.*
16) Von hier an bis *presentent* einschliesslich ist in B ausgefallen.
17) D: *quem eis pro peremptorio termino.*
18) In D fehlt *quod iustum fuerit.*

Digitized by Google

bendum coram nobis veritati [1]) testimonium per censuram ecclesiasticam conpellatis.

Datum etc.

8. Citacio in causa matrimoniali quando vir non uult cohabitare vxori. [2])

N miseracione etc.

Veniens ad nos . . latrix [3]) presencium nobis exposuit conquerendo, etc. *ut supra in proxima usque ad* contraxissent, [4]) idem [5]) Iohannes tanquam sue salutis inmemor diuertit ab eadem, nec carnaliter habitat cum eadem.

Vnde mandamus vobis, quatenus prefato Iohanni ex parte nostra dicatis, [6]) ut — si ita est — dicte mulieri . . tanquam vxori legittime cohabitet, et eam maritali [7]) affectione pertractet. alioquin ipsum auctoritate nostra citetis, ut die etc. *ut supra in proxima.*

9. Citacio in causa matrimoniali que emanat ad instanciam vxoris eo quod est affinitas inter ipsam et virum. [8])

R miseracione etc. rectori etc.

Accedens ad nostram presenciam . . mulier [9]) nobis insinuauit, dicens quod — cum ipsa et maritus suus per verba de presenti et [10]) in facie ecclesie matrimonialiter contraxissent — postmodum matrimonio consummato inter eos per carnalem copulam multorum relacione publice intellexit, [11]) quod dictus maritus suus . . consanguineam dicte mulieris in gradu a iure prohibito [12]) carnaliter cognouerat [13]) antequam [14]) . . duxerit in vxorem. quare dicta mulier peciit a nobis super hoc salubriter [15]) prouideri.

Vnde mandamus vobis, quatenus prefatum M [16]) ex parte nostra citetis, ut in die . . quem [17]) terminum per-

---

1) D: *veritatis.*
2) B: *uxori sue.* D: *cum vxore.*
3) B: *mulier latrix.* D: *Iohanna mulier latrix.*
4) A B C: *contrahens.* D: *contraxisset.*
5) Von hier an bis *cum eadem* einschliesslich fehlt in A B C.
6) D: *quatenus dicatis prefato.*
7) B: *matrimoniali.*
8) In A ist für diese daselbst das nächste rubrum bildende überschrift leerer raum von drei zeilen gelassen.
9) B C D setzen *latrix presencium* bei.
10) In D fehlt *et.*
11) A und B: *intellexi.*
12) D hat blos: *consanguineam suam.*
13) C: *cognouerit.*
14) B und D: *antequam ipsam.*
15) D: *sibi salubriter.*
16) B: *maritum.*
17) B C D fügen *sibi* bei.

Digitized by Google

emptorium assignamus etc.[1]) mandantes vobis nichilominus, quod auctoritate nostra testes quos dicta mulier etc. alioquin in causa ipsa nos etc.

Datum etc.

10. Citacio in causa matrimoniali [2]) eo quod vir propter inpotenciam perpetuam [3]) non cognouit vxorem cui per triennium continuum cohabitauit.[4])

N misericordia etc.

Veniens ad nos . . mulier, latrix presencium, nobis conquerendo monstrauit, quod — cum tu et ipsa in virum et vxorem publice in conspectu ecclesie per verba de presenti vos ad inuicem receperitis[5]) et per triennium insimul cohabitaretis — [6]) tu et propter tuam inpotenciam perpetuam sibi non reddidisti debitum coniugale, licet ipsa quantum in ea fuerit ad matrimonium consummandum [7]) daret opem et operam iuxta posse.

Verum cum eadem mulier publice asserat coram nobis, quod uult esse mater et filios procreare, mandamus vobis[8]) quatenus die . . quem tibi terminum peremptorium [9]) assignamus coram nobis conpareas, ut inter te et ipsam quod de iure fuerit decernatur. alioquin etc. quod si dies etc.

11. Alia littera citacionis super adulterio commisso. [10])

N misericordia etc. mulieri . . salutem etc.

Veniens ad nos . . lator presencium, maritus tuus,[11]) nobis conquerendo exposuit viua voce, quod tu dyabolo instigante tue salutis tanquam nefandissima femina inmemor adulterium conmittendo maritalem [12]) thorum non erubuisti irreuerenter immo [13]) turpiter maculare, utpote cum te et quendam in thoro [14]) solum cum sola inuenerit ad inuicem conmiscentes. quare nobis humiliter supplicauit, ut propter

---

1) D: *assignamus nostro conspectui se presentent ut inter eos decernatur.*
2) D: *in dicta causa.*
3) In C und D fehlt *perpetuam.*
4) A hat hier erst dieses rubrum des vorhergehenden musters. C und D: *cum qua per triennium* (D setzt bei: *continue*) *habitauit.*
5) B: *recepistis.*
6) B: *cohabitastis.*
7) B und D: *consumendum.*
8) B: *tibi.*
9) In A fehlt *peremptorium.*
10) In A und C findet sich hier das rubrum des folgenden musters.
11) In B fehlt *tuus.*
12) B und D: *maritale.*
13) B und D: *et.*
14) B und D fügen *proprio* bei.

Digitized by Google

tantum et tam graue [1]) obprobrium et enorme delictum te iuxta sanctiones canonicas puniremus, petens a nobis cum instancia[2]) ut dignaremur te a sui thori consorcio separare.[3])

Quia vero nec ipsi nec alicui possumus nec debemus iusticiam denegare, mandamus vobis[4]) quatenus a recepcione presencium etc. quem tibi terminum peremptorium etc. factura et receptura etc. alioquin etc.

Datum etc.

12. Sentencia lata pro matrimonio separando quantum ad cohabitacionem thori occasione adulterii.[5])

In nomine domini amen.

Cum . . de . . lator presencium coram nobis . . miseracione etc. vxorem suam de adulterio accusasset, lite coram nobis inter ipsos [6]) legittime contestata, receptis testibus, et eorum attestacionibus in presencia parcium [7]) publicatis, et auditis hinc inde propositis, habito consilio peritorum, quia . . dictus legittime probauit quod se in dicta causa obtulit probaturum,[8]) nos in scriptis huiusmodi inter prefatos . . et mulierem . . quantum ad cohabitacionem diffinitiuam sentenciam diuorcii duximus proferendam.

Lata et lecta fuit hec sentencia in scriptis . . loco . . die.

Si vero adulterium non probatur: [9]) in scriptis pronunciamus, dictam mulierem adulterium minime conmisisse, et ipsam a crimine quod ei [10]) falso modo impingitur [11]) volumus esse saluam.

13. Sentencia diffinitiua pro matrimonio lata quando secundum matrimonium de facto contractum decernitur esse nullum.

In nomine domini amen.

Cum . . et . . mulieres coram nobis . . miseracione etc. Martinum [12]) sibi peterent in virum adiudicari, eo quod vtraque dicebat se cum eodem per verba de presenti matrimonium contraxisse, lite coram nobis super hoc legittime [13]) contestata, prestito de veritate dicenda ab vtraque parcium

1) D: *et tale.*
2) A B C: *iusticia.*
3) D: *ut te a sui thori consorcio separemus.*
4) B: *tibi.*
5) A und C verwechseln dieses und das folgende rubrum.
6) In D fehlt *inter ipsos.*
7) In D fehlt *in presencia parcium.*
8) D: *legitime probaturum.*
9) B: *probabitur.* D: *probabatur.*
10) A: *a.*
11) B und D: *inponitur.*
12) B: *maritum.*
13) In B fehlt *legittime.*

Digitized by Google

iuramento, receptis testibus hinc inde, et eorum attestacionibus in presencia parcium publicatis, auditis etiam que [1]) partes proponere voluerunt, conmunicato consilio peritorum, prefatum in scriptis adiudicauimus [2]) in virum . . prefate, mandantes dicto viro ut eidem mulieri tanquam vxori legittime cohabitet, et eam maritali affectione [3]) pertractet, decernentes inter prefatum . . et . . mulierem [4]) non matrimonium quod postmodum fuit de facto contractum set pocius contubernium extitisse, dantes etiam eidem . . si sibi placuerit licenciam cum alio [5]) contrahendi, domino concedente.

Lata in scriptis fuit hec sentencia et lecta publice . . die et . . loco etc.

14. Sentencia [6]) pro matrimonio lata.

In nomine domini amen.

Cum . . mulier, latrix presencium, coram nobis . . miseracione etc. Martinum peteret sibi [7]) adiudicari in virum, eo quod ipse eam in vxorem et ipsa eum in virum per verba de presenti ad inuicem receperunt, lite coram nobis etc. *ut supra usque ad locum illum* decernentes.

15. Sentencia diuorcii inter virum et vxorem propter viri [8]) inpotenciam coeundi. [9])

In nomine domini amen.

Cum . . mulier, latrix presencium, coram nobis . . miseracione etc. peteret separari a viro suo cui per triennium cohabitauit, [10]) eo quod ipsa dicebat eundem virum inpotentem esse ad reddendum ei debitum coniugale, cum voluerit [11]) esse mater et filios procreare, lite coram nobis legittime contestata, prestito ab vtraque parte [12]) iuramento de veritate dicenda, receptis testibus et examinatis per omnia diligenter, et eorum attestacionibus publicatis, et auditis hinc inde in allegando propositis, conmunicato [13]) consilio peritorum, in scriptis tulimus sentenciam diuorcii

---

1) D: *attestacionibus publicatis et auditis in presencia parcium et que.*
2) B: *adiudicamus.*
3) B: *dilectione.*
4) A und C: *prefatas . . et . . mulieres.*
5) In D fehlt *cum alio.*
6) D: *alia forma.*
7) In A und C fehlt *sibi.*
8) In B und D fehlt *viri.*
9) In B fehlt *coeundi.*
10) B und D: *continue cohabitauit.*
11) B: *volt.*
12) In A und C fehlt *ab utraque parte.*
13) B und D: *habito.*

Digitized by Google

inter ipsos, dantes[1]) vtrique si placuerit aut potuerit alibi[2]) licenciam contrahendi.

Lata et lecta fuit hec sentencia in scriptis.[3])

16. Sentencia diuorcii[4]) lata inter virum et vxorem propter affinitatem.[5])

In nomine domini amen.

Cum . . mulier coram nobis . . miseracione etc. peteret separari a viro suo, eò quidem ut ipsa dicebat quod dictus vir cognouerat carnaliter consanguineam dicte mulieris antequam cum dicta muliere matrimonium contraxisset, lite coram nobis etc. diffinitiue pronunciamus in scriptis, nullum matrimonium inter ipsos fuisse de iure contractum.

Lata et lecta etc.

17. Quando[6]) apostoli concedantur, cum in causa matrimoniali uel alia[7]) a sentencia finali uel[8]) interlocutoria appellatur.

Sanctissimo in Christo patri domino G[9]) diuina clemencia[10]) sacrosancte romane[11]) ecclesie summo pontifici N misericordia etc. licet indignus episcopus cum summa reuerencia pedum oscula beatorum.

In causa matrimoniali que inter . . virum ex vna parte et . . mulierem ex altera coram nobis extitit ventilata pro muliere sentenciam tulimus. quam iuste credimus[12]) esse latam.

A qua sentencia ex parte viri predicti ad sedem apostolicam super hiis verbis[13]) extitit appellatum: *in dei nomine amen* etc. nos[14]) autem ob reuerenciam sedis apostolice appellacioni deferentes, eidem has nostras patentes litteras nostro sigillo sigillatas pro apostolis duximus concedendas.[15])

Datum etc.

---

1) B: *damus.*
2) In B fehlt *aut potuerit alibi.*
3) B: *lata data lecta in scriptis etc.*
4) In A fehlt *diuorcii.*
5) In D fehlt dieses muster.
6) B C D: *qualiter.*
7) In B fehlt *alia.*
8) C: *qualiter ad apostolicum deferantur cause matrimoniales que littera.*
9) D hat hier *domino domino Io.*
10) D: *prouidencia.*
11) D setzt noch *ac vniuersalis* bei.
12) D: *credo.*
13) Anstatt *super hiis uerbis* hat D: *in hunc modum.*
14) D: *ego.*
15) D: *defferens eidem hac meas litteras patentes concessi.*

Digitized by Google

18. Forma exconmunicacionis qualiter procedatur contra contumaces nolentes coram iudice conparere, dum [1]) constat de contumacia. [2])

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori *uel* viccario *siue* [3]) archypresbytero *uel* penitenciario [4]) . . ecclesie etc.

Cum . . ad instanciam latoris presencium, qui de ipso conqueritur eo quod ut dicebat super . . re iniuriatur eidem, et per nostras litteras citatus fuisset, et coram nobis per se uel per alium noluerit [5]) conparere, petente ipsius aduersario [6]) quod contra ipsum tamquam contra contumacem procedere deberemus, nos habito consilio peritorum in scriptis — salua condempnacione expensarum — pronunciantes contumacem eundem, propter suam contumaciam exconmunicauimus, [7]) mandantes vobis quatenus auctoritate nostra publice [8]) nuncietis exconmunicatum, quo usque purget suam contumaciam, et etiam pareat prout postulat ordo iuris.

Datum etc.

19. Alia forma exconmunicacionis, dum [9]) non constat de contumacia. [10])

N misericordia etc. rectori etc.

Veniens ad nos . . lator [11]) presencium nobis exposuit conquerendo, quod cum . . per litteras [12]) citaretur ut conpareret coram nobis, sibi et suis peticionibus responsurus, eo quod ut dicebat sibi super quadam re iniuriabatur, et quod dies . . per terminum peremptorium fuerat assignatus quo coram nobis conparere deberet, cum dictus lator presencium ipsa die conparuerit coram nobis et etiam in sequenti, petens a nobis ut contra ipsum aduersarium tamquam contra contumacem procedere deberemus.

Set quia nobis [13]) non constat utrum citacio nostra ad ipsum peruenerit, mandamus vobis quatenus super hoc inquiratis diligencius veritatem. si [14]) inueneritis ipsum citatum fuisse, ut asserit, denuncietis eundem publice [15]) ex-

1) B und C: *cum.*
2) D: *conparere si sibi constet contumacia.*
3) Von hier an fehlt der schluss in D.
4) B und C: *porcionario.*
5) D: *noluit.*
6) D: *petens ipsius aduersarius.*
7) D: *exconmunicamus.*
8) D: *quatenus ipsum publice.*
9) B und C: *cum.*
10) In D fehlt dieses muster.
11) A und C: *mulier latrix.*
12) B: *per tales litteras.*
13) In A und C fehlt *nobis.*
14) B: *et si.*
15) B: *auctoritate nostra publice.*

Digitized by Google

conmunicatum, quia nos ipsum propter suam contumaciam exconmunicacionis vinculo duximus innodandum.

Datum etc.

20. Qualiter exconmunicatus propter contumaciam, prestans caucionem de parendo iuri,[1]) refusis expensis, debeat absolui et denunciari absolutus.[2])

N misericordia etc. dilecto suo . . viccario etc.

Cum occasione[3]) cuiusdam cause que coram nobis inter ipsum ex vna parte . . et . . ex altera vertitur per nos exconmunicatus propter suam contumaciam extitisset, quia nunc veniens prestitit caucionem de parendo iuri, et refudit[4]) expensas aduersario, ideo[5]) ipsum a sentencia exconmunicacionis duximus absoluendum.

Vnde mandamus vobis, quatenus ipsum in ipsis locis in quibus[6]) auctoritate nostra denunciastis exconmunicatum denuncietis eadem auctoritate publice absolutum.

21. Qualiter sentencia pro matrimonio lata sit execucioni mandanda.[7])

N misericordia etc. archypresbytero etc.

Maria de . . nobis conquerendo monstrauit, quod — cum in causa matrimoniali, que coram nobis inter ipsam ex vna parte et . . virum suum ex altera extitit ventilata, pro muliere diffinitiuam sentenciam tulissemus[8]) — ipse sibi cohabitare et eam maritali affectione tractare recusat.[9])

Quo circa vobis in virtute obediencie[10]) precipiendo mandamus, quatenus ipsum monicione premissa[11]) ad cohabitandum dicte mulieri tanquam vxori legittime et eam maritali affectione tractandam auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam conpellatis.

Et nichilominus mandamus vobis, quod si sentencias nostras noluerit obseruare, eadem auctoritate exconmunicetis eundem, et omnes eidem conmunicantes et auxilium et consilium inpendentes.

Datum etc.

1) In B fehlt *iuri*.
2) A hat hier das rubrum des mustera 23. D: *qualiter exconmunicatus debeat absolui prestans caucionem de parendo iuri et resartis expensis.*
3) B: *exconmunicacione.*
4) B: *refusit.* D: *resaroiuit.*
5) A und C: *ibidem.*
6) B und D fügen *ipsum* bei.
7) B: *mandata.*
8) D: *tulissem.*
9) B und D: *recuset.*
10) D: *sancte obediencie.*
11) D: *preuia.* dann ist alles bis *eundem* einschliesslich ausgefallen.

Digitized by Google

22. Qualiter episcopus scribere debeat vniuersis[1] prelatis et viccariis, quando vir diuertit ab vxore et est vagabundus.[2]

Vniuersis sancte matris ecclesie prelatis et eorum vicariis ad quos littera presens peruenerit N misericordia etc. salutem et sinceram in domino caritatem.

Quia . . lator presencium, instinctu[3] dyaboli ac eiusdem presumptuosa[4] temeritate et presumpcione temeraria ductus, ab vxore diuertens eidem cohabitare recusat, et alias est vagabundus, per loca discurrens varia et diuersa, idcirco rogamus vniuersitatem vestram, quatenus — cum dictus talis in partibus vestris inuentus fuerit — ipsum ad cohabitandum dicte mulieri tanquam vxori legittime et eam maritali affectione tractandum[5] per censuram ecclesiasticam conpellatis.

Datum etc.

23. Sentencia lata pro causa peccuniaria super condempnacione rei de qua agitur. et similiter in eadem causa[6] cum reus absoluitur ab inpeticione actoris.

In nomine domini amen.

Cum . . coram nobis miseracione etc. a Martino peteret c marchas . . monete[7] ex causa mutui — *uel* depositi *uel* alicuius[8] obligacionis *uel* alio contractu — iusto modo, tandem inter ipsos[9] coram nobis lite legittime contestata, et prestito iuramento etc. receptis testibus hinc inde etc. quia inuenimus quod . . legittime probauit quod se obtulit probaturum, dictum talem ad[10] solucionem c marcharum[11] dicto . . faciendam in scriptis exigente iusticia condempnamus.

Et si non probauerit intencionem suam, sic formabis:[12]

---

1) In B fehlt *vniuersis.*

2) D hat blos: *quod vir diuerterit ab vxore sua.*

3) D: *intuitu.*

4) D: *presumptuositate ac presumptuosa.*

5) B: *pertractandam.*

6) A und B: *causa sentencie.* D hat blos: *sentencia lata super absolucione rei ab impeticione actoris causa peccuniaria.*

7) B: *c libras . . monete.* D: *c libras turonenses.*

8) B und D: *uel ex causa alicuius* (D: *alterius*).

9) In B und D fehlt *inter ipsos.*

10) B: *dictum M . . ad.* In D lautet der schluss hier nur mehr: *dictum ab impeticione dicti . . duximus absoluendum.*

11) B: *dictarum c librarum.*

12) Dieser satz ist in A C und nach note 10 auch in D ausgefallen.

Digitized by Google

quia talis [1]) non probauit quod se obtulit probaturum, dictum .·. ab inpeticione dicti talis duximus absoluendum.

Datum etc.

24. Forma qualiter episcopus conuicinus debet sequi sentenciam sui coepiscopi. [2])

Reuerendo in Christo patri et amico karissimo domino . . dei gracia episcopo . . N eadem miseracione . . episcopus [3]) salutem et sincere caritatis debitum et affectum.

Cum sit iustum et racionabile, et etiam in sacris canonibus dicatur, quod malefactores non debeant de eorum [4]) malicia comodum reportare, idcirco paternitati vestre grauiter condolentes significamus . . laicum [5]) in nostra dyocesi rapinam et quam plures excessus publicos et notorios et alia crimina contra deum et iusticiam et libertatem ecclesiasticam conmisisse. quem nos canonica [6]) monicione premissa exconmunicauimus propter prefatos excessus [7]) et crimina ab eodem conmissa.

Verum cum idem sentencias nostras [8]) vilipendens [9]) non curet nobis et ecclesie nostre satisfacere pro tantis iniuriis et excessibus iam conmissis, rogamus vos quatenus dictas sentencias nostras publicetis, et faciatis subditis vestris [10]) in [11]) ecclesiis vestre dyocesis publice nunciari diebus dominicis et festiuis, ut nos vobis ad consimilia si contigerit teneamur.

Datum etc.

25. Littera dimissoria siue conmendatoria [12]) pro clericis se ad partes alias [13]) transferentibus.

Vniuersis sancte matris ecclesie prelatis et eorum vicariis P miseracione etc. diuinam salutem et sinceram in domino caritatem.

Noueritis . . sacerdotem nostre dyocesis, latorem presencium, per nos — *uel* per . . episcopum de licencia nostra — ad sacerdotalem ordinem fuisse promotum. verum [14]) cum

---

1) In B feht *talis.*
2) B: *episcopi.*
3) D: *episcopo cenom* (mit dem abkürzungsstriche über dem *m*) *Al. eadem gracia andeg. episcopus.*
4) B und D: *sua.*
5) A: *laicam.*
6) In B und D fehlt *canonica.*
7) D: *excessus publicos et manifestos.*
8) In B fehlt *nostras.*
9) D: *vilipendat et.*
10) In B fehlt *vestris.*
11) D: *et.*
12) In D fehlt *siue conmendatoria.*
13) C und D: *alienas.*
14) A und C: *vnde.*

Digitized by Google

idem sacerdos ad partes alias[1]) per instantem necessitatem affectauerit se transferre, nobis humiliter supplicauit ut ad hoc litteras dimissorias et licenciam sibi concedere dignaremur.[2]) nos vero suis[3]) precibus inclinati, eidem non exconmunicato non suspenso nec alicuius irregularitatis quod scimus nota resperso predictas litteras et licenciam duximus concedendas.[4])

Quem vniuersitati vestre propensius conmendantes, rogamus vos quatenus — cum ipsum ad partes vestras venire contigerit — ipsum permittatis in susceptis ordinibus in ecclesiis vestris libere[5]) ministrare ac diuina officia celebrare. nos enim[6]) quantum humana fragilitas noscere[7]) sinit vobis de ipso laudabile testimonium perhibemus.

Datum etc.

26. Sequitur alia forma litterarum dimissoriarum que grauior est.[8])

Vniuersis sancte matris ecclesie etc. P misericordia etc.

Noueritis . . sacerdotem[9]) nostre dyocesis, latorem presencium, ad partes alias de nostra licencia proficisci.

Quem vniuersitati vestre etc. *ut supra*, quatenus — cum ipsum ad partes vestras venire contigerit etc. nam[10]) ipsum a[11]) iurisdictione nostra solutum et liberum remittentes, quantum humana fragilitas noscere sinit, vobis de ipso laudabile testimonium perhibemus.

Datum etc.

27. Qualiter clerici extranei non recipiantur in episcopatu sine litteris conmendatoriis.

N misericordia etc. dilectis suis rectoribus conmendatoribus vicariis archypresbyteris procuratoribus et ceteris clericis ecclesiarum . . ciuitatis et dyocesis salutem et benedictionem.

Quia non nunquam quam plures exconmunicati, alii irregulares, alii notati infamia, alii interdicti et suspensi,

1) B und D fügen noch *ut asserit* bei.
2) Von hier an bis zum folgenden *licenciam* einschliesslich ist in D ausgefallen.
3) B: *nos ipsius.*
4) Dieser satz ist in D ausgefallen.
5) In D fehlt *in ecclesie vestre libere.*
6) B und D: *autem.*
7) B: *nosse.* D: *nosce.*
8) In B fehlt *que grauior est.* D: *alia forma super eodem in breuiori modo.*
9) B und D: *presbyterum.*
10) A: *non.*
11) D: *partes vestras etc. a.*

Digitized by Google

se transferunt ad partes alias[1]) absque dyocesani sui licencia, quod cedit ad multarum periculum[2]) animarum, idcirco in virtute sancte obediencie et sub pena exconmunicacionis vobis[3]) precipiendo mandamus, quatenus nullos clericos extraneos[4]) aliunde venientes ministrare uel diuina officia[5]) celebrare in vestris ecclesiis permittatis.[6]) alioquin vos tanquam inobedientes filios grauiter[7]) puniemus.

Datum etc.

28. Littera per quam conceditur presbytero aliunde venienti quod celebrat in episcopatu.[8])

N miseracione etc. *ut supra* ad quos presentes littere peruenerint salutem etc.

Vidimus et diligenter inspeximus litteras reuerendi patris et domini . . dei gracia talis episcopi sub hac forma etc.

Nos vero prefato presbytero concedimus licenciam, ut in nostra ciuitate — *uel* dyocesi — usque ad biennium tantum[9]) possit diuina officia[10]) celebrare, ita quod penitenciam iniungere et alia sacramenta conferre non valeat nisi hoc iniunctum fuerit ab illis qui a nobis uel predecessoribus nostris curam receperint[11]) animarum.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

29. Littera episcopi directa ad episcopum quod[12]) promoueat ad ordines clericos sue dyocesis.

Reuerendo in Christo patri etc. talis episcopus etc.

Pro . . subdyacono nostre dyocesis, latore presencium, quem vobis mittimus examinatum, et ad titulum . . ecclesie nostre dyocesis[13]) presentatum,[14]) paternitatem vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus — cum vos contigerit ordines celebrare — ipsum ad dyaconatus ordinem dignemini promouere.

Datum etc.

---

1) D: *alienas.*
2) B: *pericula.*
3) In A und C fehlt *vobis.*
4) D: *alienos.*
5) In B und D fehlt *officia.*
6) B und D: *absque speciali licencia nostra permittatis.*
7) In B und D fehlt *grauiter.*
8) In B lautet dieses rubrum: *licencia conceditur alieno presbytero quod celebret in episcopatu.* In C: *conceditur alieno presbytero celebrare in episcopatu.*
9) In B und D fehlt *tantum.*
10) In B und D fehlt *officia.*
11) D: *receperunt.*
12) C hat nur: *episcopus episcopo ut.*
13) In D fehlt *nostre dyocesis.*
14) B: *presentantem.*

Digitized by Google

30. Littera ordinacionis [1]) ab episcopo extraneo.

Vniuersis presentes litteras inspecturis talis salutem etc.

Noueritis, nos . . clericum, latorem [2]) presencium, de licencia et per litteras reuerendi patris . . episcopi . . dyocesis ad titulum . . ecclesie . . dyocesis ad dyaconatus ordinem promouisse.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

31. Forma litterarum pro redempcione captiuorum.

N misericordia etc. vniuersis Christi fidelibus per . . ciuitatem et dyocesim constitutis ad quos presentes littere peruenerint salutem etc.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi [3]) prout vnus quisque gesserit in corpore, [4]) siue bonum siue malum, oportet [5]) nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac ea seminare in terris que reddente domino cum multiplicato fructu recolligere possimus [6]) in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. *uel aliud* [7]) *prohemium dicas:* eterni patris filius dominus Iesus Christus, cui ipse pater omnium viuorum et mortuorum iudicium tradidit, cum sederit in solio maiestatis, secundum opera sua cuilibet [8]) redditurus, de operibus iusticie sicut ipse testatur precipue disceptabit. quemadmodum pro pietatis operibus gloria regni confertur, [9]) ita pro [10]) illorum defectu malos detrudet ad tartara, vbi est ignis [11]) inextinguibilis et dyabolus cum eius angelis preparatus. [12])

Cum igitur Maria, [13]) latrix presencium, habeat quendam virum suum . . nomine [14]) apud . . in terra Sarracenorum captiuitate detentum, et ipse captiuus pro redempcione sua c libras in auro [15]) suo domino soluere teneatur, et non habeat [16]) vnde prefatas libras soluere valeat, nisi auxilio

---

1) D: *forma littere promocionis.*
2) D: *noueritis. de latorem.*
3) D: *accepturi.*
4) B und D fügen *suo* bei.
5) D: *oportebit.*
6) D: *possumus.*
7) D: *istud.*
8) B: *unicuique.*
9) B: *gloria rei fertur.*
10) D: *quod.*
11) D: *tartara rubigine ignis.*
12) D: *preparatur.*
13) In B und D fehlt *Maria.*
14) D fügt noch *noncupatum* bei.
15) B: *libras auri.* D: *libras turonenses in auro.*
16) B: *habet.*

Digitized by Google

et elemosinis Christi fidelium adiuuetur, vniuersitatem vestram rogamus monemus et in domino exhortamur, quatenus de bonis vobis a deo collatis eidem mulieri ad redimendum virum suum de captiuitate [1]) pias elemosinas et grata karitatis subsidia erogetis, ut per hoc et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne beatitudinis possitis gaudia peruenire.

Nos enim [2]) de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate et ea quam nobis dominus indulserit [3]) potestate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui dicte mulieri ad extrahendum virum suum de captiuitate [4]) manus porrexerint adiutrices xl dies de iniuncta sibi legittime [5]) penitencia [6]) misericorditer relaxamus, presentibus post biennium minime valituris.

Datum etc.

32. Forma litterarum pro reconsiliandis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum. [7])

N miseracione diuina etc. vniuersis Christi fidelibus etc. *ut in proxima.*

Quoniam, ut ait apostolus, etc. *uel:* eterni patris etc.

Cum igitur hospitale nocte dieque recipiat infirmos debiles pauperes et egenos a quibuscunque christianorum partibus venientes, [8]) et eis prout ipsius hospitalitatis facultates suppetant administret, [9]) vniuersitatem uestram etc. *ut supra.*

33. Forma litterarum pro recolligendis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum. [10])

Matheus miseracione etc. dilectis suis etc. *ut supra in proxima* . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Cum . . et . . latores presencium ad petendas colligendas [11]) et recipiendas elemosinas a Christi fidelibus ad opus . . hospitalis sint speciales [12]) nuncii deputati, vniuersitatem vestram rogamus, et in virtute obediencie [13]) precipiendo

1) D: *in captiuitate detentum.*
2) B: *itaque.*
3) B und D: *indulsit.*
4) D setzt noch *predicta* bei.
5) In B und D fehlt *legittime.*
6) D: *iniunctis sibi penitenciis.*
7) Dieses muster fehlt in A C D.
8) Cod. *uenientibus.*
9) Cod. *administrent.*
10) C: *ad hospitalia et pia loca.* B: *forma littere per quam episcopus conmendat nuntios pro colligendis elemosinis rectoribus ecclesie.* D: *forma litterarum per quas episcopus reconmendat nuncios pro recolligendis elemosinis a rectoribus sue diocesis.*
11) In D fehlt *colligendas.*
12) In D fehlt *speciales.*
13) D: *sancte obediencie.*

Digitized by Google

mandamus, quatenus — cum dictos nuncios ad ecclesias vestras venire contigerit — ipsos pro reuerencia et honore sancte romane ecclesie,[1] cuius[2] priuilegiis et indulgenciis pro petendis et recolligendis et[3] deportandis elemosinis sint muniti,[4] benigne et caritatiue recipiatis, inducentes vestros parochianos piis exhortacionibus ut eis[5] porrigant subsidia karitatis, et ipsos nuncios indulgencias[6] et priuilegia exponere permittatis, dummodo aliqua superflua non exponant, scientes quod[7] ob reuerenciam laudamus[8] et inobedienciam grauiter puniemus.

Datum etc.

34. Forma litterarum pro fabricacione poncium.

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus etc.

Quoniam, ut ait apostolus, etc. *uel*: eterni patris etc.

Cum igitur . . loco super fluuio[9] qui taliter nuncupatur, vbi in hyempnali[10] tempore propter inundaciones aquarum quam plures fuerint mortui, alii vero bestias sarcinolas et alias res suas irrecuperabiliter amiserint,[11] quidam pons sit valde necessarius transeuntibus hinc inde,[12] vniuersitatem vestram etc. *ut supra.*

35. Littere de fabricis[13] ecclesiarum.

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus etc.

Splendor eterne[14] glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clemencia maiestatis ipsius speranciuni tunc[15] benigno fauore prosequitur, cum deuota[16] ipsorum humilitas sanctorum precibus adiuuetur.

Cum igitur . . ecclesia . . loci nostre dyocesis in honore dei et genitricis ipsius et . . sancti[17] de nouo incipiat fabricari, et non possit produci absque fidelium consilio et auxilio[18] feliciter ad effectum, vniuersitatem vestram etc.

---

1) D: *ob reuerenciam sancte matris ecclesie ac honorem.*
2) B: *cum.* C: *eiusque?*
3) D: *ac eciam.*
4) In D fehlt *sint*, in A und C aber *sint muniti.*
5) D: *ipsi.*
6) In A und C fehlt *indulgencias.*
7) D: *quod non*, vielleicht für *quod nos.*
8) D: *laudabilium*, wohl für *laudabimus.*
9) B: *super flui.*
10) B: *hyemali.* C: *iemali.*
11) A: *emiserunt.*
12) B: *hinc et inde.* darauf folgen noch einige sätze, wovon im anhange.
13) C: *fabricacione.*
14) B und C: *paterne.*
15) B: *tunc precipue.*
16) In B fehlt *deuota.*
17) In C fehlt *sancti.*
18) B: *fidelium subsidio.*

Digitized by Google

In fine consueuit poni aliquando hec clausula: preterea ratas et gratas et firmas [1]) habentes [2]) indulgencias quas ceteri episcopi et archiepiscopi nostris subditis dicto operi benefacientibus duxerint concedendas. *uel si episcopus alterius dyocesis dat indulgencias, poni aliquando consueuit:* dyocesani cum accedente consensu. [3])

Datum etc.

36. Forma litterarum de eo qui de sarracena seu iudaica perfidia [4]) sumpsit originem et ad fidem katholicam [5]) est conuersus. [6])

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus per . . ciuitatem et dyocesim constitutis salutem etc.

Eterni patris filius etc.

Cum Iohannes et Maria vxor [7]) sua, latores presencium, diuino illuminati spiritu, fugatis [8]) tenebrarum erroribus, et [9]) iudayce cecitatis perfidia derelicta, ad Christum deum verum lumen penitus sint conuersi, et sacri fontis liquore diuina gracia insigniti, nil secum preter nuda corpora deportantes, et — quasi modo geniti infantes lactis concupiscentes dulcedinem — Christi [10]) instructione, fidei emolumento, ac ipsius [11]) fidelium indigeant consilio et auxilio et fauore, vnde rogamus vos, quatenus de bonis a deo vobis collatis [12]) etc. ne propter defectum necessariorum ac obprobrium christiane religionis — quod absit — ad pristine cecitatis errorem redire tamquam canis ad vomitum conpellantur.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia etc.

Datum etc.

37. Forma littere quando auctoritate domini pape dispensatur cum scolare super defectu natalium.

N miseracione etc. P etc.

Noueritis, nos summi pontificis recepisse litteras in hunc modum: *G* etc.

Nos vero consideratis diligenter circumstanciis vniuersis

---

1) In B fehlt *et firmas.*
2) B: *habemus.*
3) Diesen satz hat B allein.
4) A: *sarraceno uel iudaismo.* B: *sarracena uel de iudaismo.* D: *sarracenia perfidia aut iudaismo.*
5) In D fehlt *katholicam.*
6) B: *reuersus.*
7) B: *Iohannes etc. vxor.*
8) D: *et fugatis.*
9) In D fehlt *et.*
10) B und D: *lactis* (D: *lacte*) *indigeant pasci dulcedine sic Christi.*
11) In B ist *ipsius* von derselben hand in *ipsorum* corrigirt.
12) B und D: *fauore, vniuersitatem vestram etc. quatenus de bonis vestris.*

Digitized by Google

in dicto rescripto apostolico, ipsum scolarem de ydoneitate persone litteratura et conuersacione ipsius et vita examinandum duximus, prout [1]) in dicto rescripto apostolico est iniunctum.

Et quia eundem conpetentis[2]) litterature, ydoneum, et alias bone conuersacionis et vite [3]) inuenimus, cum eodem auctoritate domini pape [4]) qua fungimur in hac parte quod ad omnes ordines promoueri et ecclesiasticum beneficium etiam si curam habeat animarum obtinere valeat dispensamus, ita quod ad ordines quos cura beneficii requisiuerit se faciat statutis promoueri temporibus, et residenciam faciat in eadem. [5])

In cuius rei etc. datum etc.

38. Qualiter episcopus auctoritate domini pape penitenciarii dispensat cum clerico super irregularitate contracta per [6]) concubinam.

N miseracione etc. salutem etc.

Noueritis, nos religiosi viri domini pape penitenciarii recepisse litteras sub hac forma: *venerabili patri* etc.

Verum quia recepta sufficienti caucione a dicto presbytero, quod in domo propria uel aliena concubinam de cetero non tenebit, suspenso ad tempus, prout vidimus expedire, eundem presbyterum a sentencia exconmunicacionis, qua erat astrictus per concubinam, auctoritate predictarum litterarum absoluimus, et cum eodem super irregularitate contracta [7]) duximus dispensandum.

In cuius rei etc. datum etc.

39. Qualiter [8]) episcopus vocat ad synodum clericos sue dyocesis.

N miseracione etc. vniuersis rectoribus etc. *ut supra* .. ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Cum nos intendamus die .. proximo venturo synodum aput .. locum dante [9]) domino celebrare, mandamus vobis in virtute obediencie [10]) et sub pena officiorum et beneficiorum, [11]) quatenus ad eandem synodum die superius assi-

---

1) B: *prout nobis.*
2) B: *sufficientis.*
3) B: *uite conspicuum.*
4) In B fehlt *domini pape.*
5) B: *eodem.*
6) B: *pape dispensat in clerico irregularitate contracta super.*
7) In B fehlt *contracta.*
8) B: *quando.*
9) B und D: *disponente.*
10) D: *sancte obediencie.*
11) D: *penis infra scriptis.*

Digitized by Google

gnato sine more dispendio accedatis, ita quod nullus causam excusacionis pretendat. [1])

Volumus etiam et[2]) mandamus, ut in qualibet ecclesia remaneat vnus presbyter tantum, qui [3]) cum vno seruiente diuina interim celebret, et ministret populo ecclesiastica sacramenta.

Alioquin non venientes officiis et beneficiis [4]) duximus suspendendos, dummodo impediti ab aliqua probabili causa et racionabili non existant.

Datum etc.

40. Qualiter episcopus procedat contra clericos non venientes ad synodum.

N miseracione etc. dilecto suo . . vicario — *uel* . . archipresbytero — salutem etc.

Quia rector . . ecclesie non venit[5]) ad synodum, quam nuper apud . . locum duximus celebrandam, nec alias per litteras uel nuncium se legittime excusauit, ipsum ab officio et beneficio duximus suspendendum, mandantes vobis[6]) quatenus sub pena exconmunicacionis inhibeatis parrochianis ecclesie predicte, quod eidem nil persoluant de iuribus ecclesie memorate, set vobis de omnibus [7]) respondeant, que recipiatis et custodiatis ad nostrum[8]) mandatum, ecclesiam ipsam, et omnia ecclesiastica iura [9]) et ornamenta.

Datum etc.

41. Qualiter episcopus [10]) excusat aliquem a synodo. [11])

R miseracione etc. dilecto suo . . rectori ecclesie salutem etc.

Litteras tuas recepimus, continentes quod — cum tu quadam instanti et vrgente necessitate inpeditus ad synodum nostram ad presens[12]) non possis absque graui dampno et scandalo interesse — te haberemus [13]) a dicta sinodo excusatum.

---

1) D: *intendat.*
2) B: *vobis etiam.*
3) A und C: *quod.*
4) D: *ab officio et beneficio.*
5) B: *venire non curauit.* D: *accedere non curauit.*
6) D fügt noch *nichilominus* bei.
7) C: *set non ita ut.*
8) D: *vsque ad nostrum beneplacitum et.*
9) B: *ecclesiastica sacra uel iura uel.* D: *ecclesiastica ipsius iura et.*
10) In B fehlt *episcopus.*
11) D: *littera de presbytero excusato de non veniendo ad synodum.*
12) In B und D fehlt *ad presens.*
13) Von hier an bis zum folgenden *te* einschliesslich ist in D ausgefallen.

Digitized by Google

Nos vero tuis iustis paterna sollicitudine precibus inclinati, te habemus hac vice a prefata synodo excusatum, dummodo aliquem fidelem [1]) procuratorem [2]) constituas, qui vice et nomine tuo recipiat et acceptet ea que in dicta synodo per nos extiterint ordinata.

Datum etc.

42. Qualiter euocat [3]) ad ordines suscipiendos [4]) clericos sue dyocesis.

N miseracione etc. dilecto suo . . archidiacono [5]) de . . loco salutem etc.

Noueritis, quod nos auxiliante domino in istis iiii temporibus proximis venturis intendimus apud . . locum ordines [6]) celebrare.

Vnde mandamus vobis, quatenus conuocatis coram vobis rectoribus commendatoribus [7]) ceterisque clericis beneficiatis ecclesiarum . . loci qui sunt ad ordines promouendi, ex parte nostra sub pena officiorum et beneficiorum iniungatis eisdem, ut ad locum die . . ueniant, [8]) a nobis ordines quos eorundem requirunt beneficia suscepturi. [9])

Alioquin non venientes ab [10]) officiis et beneficiis duximus suspendendos.

Datum etc.

43. Littera ordinacionis ab episcopo suo. [11])

N miseracione etc. vniuersis presentes litteras inspecturis salutem etc.

Noueritis, nos . . clericum . . ecclesie de . . loco nostre dyocesis, latorem presencium, ad [12]) dyaconatus ordinem statuto tempore promouisse.

In cuius rei etc. datum etc.

44. Qualiter episcopus excusat [13]) aliquem ab ordinibus suscipiendis. [14])

H miseracione etc.

Quia nobis significastis, quod vrgente quadam ineuita-

1) In D fehlt *fidelem*.
2) B fügt *in dicta ecclesia* bei.
3) B: *uocat*. D: *episcopus uocat*.
4) B: *recipiendos*.
5) B und D: *archipresbytero*.
6) In B fehlt *ordines*.
7) In D fehlt *commendatoribus*.
8) In A C und D ist *ad locum die . . veniant* ausgefallen.
9) D: *suscepturi recipiant*.
10) In B fehlt *ab*.
11) In C fehlt *suo*. in D das ganze muster.
12) B: *sancti spiritus cooperante gracia ad*.
13) B: *constituit*.
14) In D fehlt dieses muster.

Digitized by Google

bili necessitate ad presens non poteratis ad nos die . . accedere, a nobis ordines suscepturi, nos rogando quod vos ad presens haberemus a suscepcione predictorum ordinum excusatum,[1]) nos vestris precibus inclinati vos a suscepcione predictorum ordinum excusamus, has vobis litteras nostro sigillo munitas in testimonium concedentes.

Datum etc.

45. De inuentario faciendo in ecclesia vacante.

N miseracione etc. dilecto suo . . etc.

Relacione pro certo intelleximus plurimorum, quod bone memorie rector . . ecclesie est viam vniuerse carnis ingressus.

Quo circa mandamus vobis, quatenus visis litteris, sublato more dispendio, ad dictam ecclesiam accedentes,[2]) faciatis inuentarium fieri de rebus[3]) ecclesie memorate tam mobilibus quam inmobilibus a minimo usque ad maximum, et ipsam ecclesiam tam in spiritualibus quam temporalibus alicui sacerdoti fideli et ydoneo conmendetis, qui[4]) ecclesiam ipsam custodiat et omnes res[5]) bene et fideliter seruet quo usque de pastore[6]) dicte ecclesie sit prouisum.

Datum etc.

46. Qualiter episcopus mittere patronis debeat quod presentent[7]) ad ecclesiam vacantem.

N miseracione etc. vniuersis patronis[8]) heredibus parrochianis[9]) nec non illis qui ius habent[10]) presentandi ad . . ecclesiam salutem etc.

Cum . . ecclesia vacet propter[11]) mortem bone memorie rectoris quondam ecclesie memorate, mandamus vobis quatenus die . . vos nostro conspectui presentetis, ut[12]) eadem die aliquam litteratam personam tantum[13]) et ydoneam ad dictam ecclesiam in simul et concorditer presentetis.

Alioquin nos dictam ecclesiam,[14]) prout de iure fuerit, curabimus prouidere.

Datum etc.

---

1) Von hier an bis *ordinum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
2) D: *accedatis et.*
3) B C D: *de omnibus rebus.*
4) A: *quod.*
5) D: *res ipsius.*
6) B und D: *rectore.*
7) A B C: *presentent se.*
8) In B fehlt *patronis.*
9) In D fehlt *parrochianis.*
10) D: *obtinent.*
11) B und D: *per.*
12) D: *et.*
13) In D fehlt *tantum.*
14) B: *alioquin dicte ecclesie in rectore.*

Digitized by Google

47. Qualiter episcopus constituat [1]) rectorem in ecclesia ad presentacionem patronorum. [2])

N miseracione etc. vniuersis etc.

Noueritis, quod nos ad presentacionem [3]) domini regis (*uel* ad presentacionem patronorum . . ecclesie . .) clericum, latorem presencium, quem de litteratura et ydoneitate persone ac vita et conuersacione ipsius multipliciter conmendamus, [4]) instituimus rectorem in ecclesia memorata, ita [5]) quod per istam confirmacionem patronis aliis si qui fuerint nullum in posterum preiudicium generetur, et sicut onus beneficii requiret sic se faciat statutis prouideri temporibus, et ad omnes ordines promoueri. alioquin huiusmodi gracia quo ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti.

Idem vero nobis ad sancta dei ewangelia corporaliter prestitit iuramentum, quod nobis et successoribus nostris canonice intrantibus obedienciam [6]) exhibebit, et quod nobis et ipsi ecclesie persoluet integre iura nostra, et quod sentencias nostras et viccariorum nostrorum et [7]) statuta synodalia obseruabit, et in ipsa ecclesia residenciam faciat personalem, [8]) nisi de licencia nostra et successorum nostrorum aliquando [9]) fuerit excusatus, et quod omnia iura ipsius ecclesie pro uiribus iam deposcet.

Vnde mandamus vobis, quatenus eidem tamquam rectori vestro obedienciam exhibeatis. [10]) sibique [11]) quod de iuribus ecclesie vos conpellere possit per presentes plenariam concedimus potestatem. [12])

Et sentencias, quas idem rite tulerit pro iuribus ecclesie sepe dicte, [13]) nos ratas habebimus atque firmas, et eas faciemus auctore domino usque ad condignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari.

In cuius rei etc. datum etc.

48. Qualiter episcopus conmendet ecclesiam, cum conmendatos facit fructus.

Consimilis littera de conmendanda ecclesia, cum conmendatos facit fructus suos, fieri potest. excepto quod non

1) B: *construit de nouo.*
2) In D fehlt dieses und die folgenden drei stücke.
3) Von hier an bis zum folgenden *ad* einschliesslich ist in B ausgefallen.
4) A: *conmendemus.*
10) B: *hytalici.*
11) A: *ubi.*
12) A: *rarissimum.*
13) Extra?
14) B: *quod modo.*
15) A: *necessarius.*
16) B: *iudicial* mit dem abkürzungshäckchen durch *l.*
17) B: *quin.*
18) B: *uobis.*

Digitized by Google

necessaria sunt omnibus aliis partibus notarie, [1]) idcirco de hiis latius [2]) et sollempnius pertractabo.

Vltimo scribam vobis, qualiter transscripta instrumentorum et litterarum tam apostolicarum quam aliarum fieri debeant, ut sui [3]) autentici robur firmitatis obtineant.

Formas etiam [4]) indulgenciarum, et aliquos processus delegatorum iudicum seu executorum [5]) super prebendis et beneficiis [6]) auctoritate apostolica conferendis, prout mihi dominus ministrabit.

III.

Et quoniam cause plerumque per procuratores tractantur, [7]) et sic procuratoria causarum sunt [8]) principia, ideo de ipsis primitus est videndum.

1. De procuratoribus.

Mandatorum tria sunt genera: ad inpetrandum, ad causas, [9]) ad negocia.

Et quia procuratoria stricti iuris esse dicuntur, de ipsis est sollempnius pertractandum. debet enim scire notarius, [10]) que [11]) persone possunt et constituere et constitui procuratores. et [12]) aliqua [13]) sunt que requirunt [14]) speciale mandatum et que non possunt sub generali clausula conprehendi. sepe enim per defectum notarii frustratur constituentis intencio, videlicet quando minus sufficiens procuratorium inuenitur.

Sciendum est igitur, quod minor xxv annis [15]) non potest constitui procurator, nec etiam constituere procuratorem, nisi in causa matrimoniali, in qua et [16]) ipse minor — si [17]) maior est xiiii annis — sine auctoritate curatoris poterit litigare. in omnibus etiam causis beneficialibus minor reputatur maior: nam qui abilis est ad beneficium ecclesiasticum obtinendum, et ad agendum pro eo habilis esse debet. mulier non admittitur procurator nisi pro defensione parentum. et breuiter non admittitur [18]) quicunque in iudicio

1) B: *notarie hec tenere.*
2) B: *laicius.*
3) B: *sint.*
4) B: *esse.*
5) B: *excequtorum.*
6) In B fehlt *et beneficiis.*
7) B: *tractamus.*
8) B: *procuratoria sepe sunt causarum.*
9) A: *inpetrandum. omnis.*
10) B: *bonus notarius.*
11) A: *quod.*
12) B: *constitui. quod.*
13) B: *alique.*
14) In B fehlt *requirunt.*
15) B: *annorum.*
16) B: *etiam?*
17) A: *set.*
18) In B ist von *procurator* an bis hieher ausgefallen.

Digitized by Google

per [1]) se stare non potest: inconueniens enim videtur ut per illum [2]) qui pro se ipso agere non potest pro aliis posset agi. [3]) pupillus cum auctoritate tutoris, et adultus cum auctoritate curatoris [4]) constituunt procuratores, quia nec tutor nec curator ante litis contestacionem in re pupilli uel [5]) adulti procuratorem dare potest.

Speciale mandatum requirunt: vendere, transigere, pascisci, beneficium restitucionis in integrum et munus [6]) absolucionis a sentencia exconmunicacionis petere, iuramentum prestare et aduerse parti deferre, peccuniam que in iudicio petitur recipere, debitorem [7]) absoluere, alium loco sui constituere uel substituere, et alia [8]) plura, secundum quod negocia sunt diuersa.

Est igitur per notarium qui debet instrumentum procuracionis conficere tam de intencione constituentis [9]) quam de natura facti ad quod constituitur procurator subtiliter [10]) inquirendum, ut — si aliquis dictorum [11]) casuum in quibus speciale mandatum requiritur inibi [12]) potest occurrere — ita caute scribat quod ob hoc non possit mandatum vacuum reperiri. verbi gracia si aliquis rector constituat procuratorem ad aliquam causam sue [13]) ecclesie tractandam, debet considerare notarius quod ecclesia fungitur [14]) vice minoris. et ita — si lesa esset — posset [15]) procurator petere beneficium restitucionis, si hoc in suo procuratorio est insertum. alias non. et sic ad deffectum notarii qui clausulam illam omittit [16]) dampnificatur ille qui credebat se plenum procuratorium ad curiam [17]) transmisisse. vnde semper debet notarius in tali procuratorio clausulam illam apponere secundum quod inferius erit scripta. [18]) et sic in omnibus aliis casibus notarius prouidus esse debet.

2.

a) Forma procuratorii [19]) ad impetrandum.

In nomine domini amen.

---

1) B: *pro.*
2) B: *enim esse videtur si per nullum.*
3) B: *agere.*
4) A: *tutoris.*
5) B: *et.*
6) B: *minus.*
7) B: *etiam debitorem.*
8) B: *substituere, crimina uel defectus opponere, et talia.*
9) B: *instituentis.*
10) B: *substituitur.*
11) B: *inquorum.*
12) B: *mandatum in illi.*
13) B: *nomine sue.*
14) B: *fruitur.*
15) B: *potest.*
16) B: *omisit.*
17) In B fehlt *ad curiam.*
18) B: *inferius inuenist scriptam.*
19) B: *procuracionis.*

Digitized by Google

Anno eiusdem a natiuitate m°. cc°. lxxx°. iiii°, indictione xi, die prima mensis marcii, [1]) pontificatus domini Martini[2]) pape iiii anno ii, venerabilis vir dominus Thomas prior ecclesie Christi cantuariensis [3]) de voluntate et consensu capituli eiusdem ecclesie in capitulo ad sonum campane more solito congregati, in quo quidem [4]) capitulo plus quam due[5]) partes ipsius capituli existebant, et ipsi fratres unâ cum voluntate et consensu dicti eorum prioris fecerunt constituerunt et ordinauerunt magistrum P de Bononia [6]) notarium licet absentem tamquam presentem [7]) eorum et cuiuslibet ipsorum et dicti capituli procuratorem et nuncium specialem, [8]) dantes et concedentes eidem [9]) plenam et liberam potestatem [10]) impetrandi pro eis et quolibet ipsorum ac nomine dicti capituli in romana curia et contradicendi tam litteras simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, in loca et iudices conueniendi seu consenciendi [11]) ac eos recusandi si expedire, crediderit, alium uel alios procuratores loco sui substituendi et reuocandi si opus fuerit, et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi [12]) que in premissis et premissorum quolibet de iure uel consuetudine requiruntur, etiam si mandatum exigerent speciale, necnon promittentes se firmum et ratum perpetuo habituros quidquid per dictum eorum procuratorem substitutum uel substitutos ab eo factum fuerit in [13]) premissis et quolibet premissorum.

Actum Cantuarie in capitulo supradicto, [14]) presentibus talibus testibus.

Ego Iohannes quondam Iacobi [15]) de Bononia apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus premissis

---

1) A: *marci.*
2) B: *anno natiuitatis eiusdem m etc. decima indictione, die viii mensis ceptembris, pontificatus domini N.*
3) B: *dominus H prior ecclesie caturiensis.*
4) B: *quidam.*
5) In A fehlt *due.*
6) B: *de tali loco.*
7) B: *presentem, et B presentem honus procuratoris in se recipientem.*
8) B: *procuratores et nuncios speciales quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis.*
9) B: *eisdem.*
10) B: *potestatem et speciale mandatum.*
11) A: *constituendi.* B: *et loca et iudices eligendi conueniendi contradicendi seu consenciendi,*
12) B: *omnia faciendi et singula exercendi.*
13) B: *quicquid per dictos procuratores et quemlibet eorum et substitutum seu substitutos ab eis factum in.*
14) B: *Canturie in tali loco.*
15) B: *et ego I.*

Digitized by Google

omnibus interfui, et rogatus ea scribere [1]) scripsi, meoque signo [2]) et nomine roboraui.

b.

Notandum est per [3]) notarium, quod quandocunque vniuersitas seu capitulum obligatur, uel [4]) promittit aliquid, plus quam due partes capituli seu vniuersitatis debent interesse [5]) contractui, ut robur firmitatis obtineat. non tamen necesse est ut omnes consenciant qui intersunt. vnde alterum istorum eligat [6]) notarius, si perfecte uult facere instrumentum. aut conscribat in [7]) instrumento omnia nomina illorum qui interfuerunt, prout in forma subscripta notabitur. aut [8]) dicat sicut superius dictum [9]) est in premisso instrumento, ubi [10]) dicit: *in quo quidem capitulo plus quam due partes fratrum ipsius capituli existebant.*

Testes qui scribuntur in instrumento conueniencius debent esse extranei quam de capitulo uel vniuersitate, pro eo quod illi de capitulo uel vniuersitate sunt in negocio principales, licet contractus propter hoc viciari non posset. [11])

c.

Quia interdum scribitur procuratorium manu publica, et nichilominus sigillo capituli uel alterius constituentis seu constituentium roboratur, ideo specialem formam super huiusmodi annotabo.

Alia forma super eodem. [12])

Vniuersis presens instrumentum inspecturis pateat [13]) manifeste, quod venerabilis vir dominus Thomas [14]) prior ecclesie Christi cantuariensis, presentibus volentibus et consencientibus infrascriptis suis fratribus ad hoc specialiter in capitulo eiusdem ecclesie ad sonum campane more solito congregatis, videlicet fratre P et fratre C et fratre B etc. — *scribantur omnia nomina fratrum presencium.* [15]) *deinde di-*

1) B: *interfui rogatus ea scribere et.*
2) B: *signo signaui.*
3) A und B: *est quod per.*
4) B: *et.*
5) B: *debent esse.*
6) B: *faciat.*
7) B: *que.*
8) B: *forma subscribendo aut.*
9) B: *scriptum.*
10) Von hier an ist in B alles ausgefallen bis: *instrumento conueniunt conueniencius.*
11) B: *principali sic propter hoc contractus non uicietur.*
12) B: *forma procuracionis super eodem. rubrica.*
13) B: *maneat.*
14) B: *dominus P.*
15) B: *P, fratre B, et fratre G. scribantur omnia nomina presencium.*

Digitized by Google

catur — nec non et ipsi fratres seu ipsum capitulum cum voluntate et consensu dicti eorum prioris omnes pro se ipsis ac nomine dicti capituli fecerunt constituerunt et ordinauerunt magistros P et M et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, eorum et cuiuslibet [1]) ipsorum et dicti capituli procuratores et nuncios speciales, dantes et concedentes eisdem et cuilibet eorum in sollidum plenam et liberam potestatem inpetrandi, contradicendi, [2]) recusandi loca et iudices, cauciones [3]) pro eis exponendi et recipiendi, alium uel alios procuratores loco ipsorum constituendi seu substituendi, et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi que in predictis et circa predicta [4]) fuerint oportuna, et promittentes se firmum et ratum perpetuis temporibus habituros quidquid per dictos eorum procuratores uel aliquem ipsorum substitutum uel substitutos ab ipsis uel eorum altero factum fuerit in premissis uel [5]) quolibet premissorum.

Quod quidem [6]) instrumentum exinde confectum ad maiorem cautelam fecerunt conmuni sigillo eiusdem capituli conmuniri.

Actum in capitulo, presentibus talibus testibus, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi°, indictione ix, die tali, pontificatus domini Martini pape iiii anno ii. [7])

d) Forma conmunis [8]) super eodem.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Thomas prior [9]) et capitulum ecclesie Christi cantuariensis salutem [10]) et sinceram in domino karitatem.

Vniuersitati vestre tenore presencium innotescat, quod nos facimus constituimus et ordinamus magistrum P procuratorem et nostrum [11]) nuncium specialem, specialiter [12]) ad inpetrandum et contradicendum pro nobis et nomine nostro in romana curia tam litteras simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, et ad eligendum et recusan-

1) B: *quilibet.*
2) B: *impetrandi et contradicendi litteras tam simplices quam legendas graciam et iusticiam continentes, conuentiendi seu eligendi et.*
3) B: *cautores.*
4) In B fehlt *et circa predicta,* wofür von der feineren wie gröberen hand *et eorum tangencia* hinbemerkt ist.
5) B: *et.*
6) In B fehlt *quidem.*
7) B: *actum in dicto capitulo, presentibus talibus testibus, anno domini a natiuitate m. cc. etc.*
8) B: *comunionis.*
9) B: *G prior.*
10) A: *felicem.*
11) B: *ordinamus M procuratorem nostrum et.*
12) In B fehlt *specialiter.*

Digitized by Google

dum loca et iudices, ac in eos conueniendum, alium uel alios procuratores loco sui substituendum et reuocandum si expedire crediderit, et appellandum si opus fuerit, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda que in premissis et circa premissa[1]) fuerint oportuna, ratum et firmum habituri quidquid per dictum nostrum procuratorem aut substitutum uel substitutos ab eo[2]) factum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus sigillo nostri capituli roborari.

Datum Cantuarie in capitulo nostro in crastino assumpcionis beate virginis, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi.[3])

e.

Anno domini a natiuitate dicitur ad differenciam illorum qui incipiunt annos domini ab incarnacione. vnde in terris vbi consuetudo est incipere annos domini ab incarnacione non[4]) debet scriba dicere: *anno domini a natiuitate*, set *anno domini ab incarnacione*, ut seruet[5]) consuetudinem sue terre.

In curia romana incipiunt notarii: *anno*[6]) *domini a natiuitate*. curia tamen in priuilegiis incipit[7]) annos domini[8]) ab incarnacione, et renouat indictionem[9]) seu mutat octauas[10]) kalendas octobris iuxta hos uersus:

cum redit october, indictio fit noua semper.
quatuor atque tribus hiis est prelata diebus.

3.

Formis procuracionum ad inpetrandum positis, scribam qualiter procuratores ad causas et etiam ad negocia debeant ordinari.

Et est sciendum, quod siue actor siue reus constituat procuratorem, bonum immo necessarium est quod semper eum releuet ab onere satisdandi, ut possit tam in principali negocio agere quam in causa reconuencionis defendere si fuerit oportunum. que releuacio pluribus modis fit, ut inferius apparebit.

---

1) B: *et quolibet premissorum.*
2) B: *ab eis.*
3) B: *datum etc.*
4) In B lauten diese sätze durch ausfall: *anno a natiuitate ad differenciam illorum qui incipiunt annos domini ab incarnacione non.*
5) B: *seruent.*
6) B: *incipiunt annos.*
7) B: *mutat.*
8) In B fehlt *domini.*
9) B: *indictiones.*
10) B: *octauo.*

Digitized by Google

Septem formas procuratorii ad dictas rubricas animaduerte. [1]

a. Releuacio procuratoris secundum formam curie romane. [2]

In nomine domini amen.

Anno [3] eiusdem etc. reuerendus pater dominus I dei gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas in presencia mei notarii et testium subscriptorum fecit constituit et ordinauit magistrum I de Bononia [4] licet absentem tamquam presentem suum procuratorem actorem defensorem et [5] nuncium specialem in causa seu causis, quam habet uel quas habet uel habiturus est cum preclaro viro domino Jacobone de Clara [6] super tali re, in romana curia uel alibi ubicunque, coram quocunque iudice uel auditore, dato uel dando, ad agendum et [7] defendendum, litem contestandum, juramentum calumpnie seu de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in animam suam prestandi, excepciones quascunque generis proponendi, [8] testes et instrumenta producendi, alterius partis testes [9] iurare videndum, sentenciam audiendum, appellandum et appellacionem [10] prosequendi, beneficium absolucionis si opus fuerit [11] et restitucionis in integrum inplorandi, alium uel alios procuratores loco sui substituendi et reuocandi, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda que ipsemet facere et exercere posset [12] si personaliter interesset, promittens [13] se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictum eius [14] procuratorem substitutum uel substitutos ab eo factum fuerit in premissis [15] et quolibet premissorum.

Insuper volens dictum suum procuratorem et substitutum uel substitutos ab eo releuare ab omni onere satisdandi, promisit mihi notario stipulanti nomine et vice domini

---

1) Diese in A von gleicher hand am rande durch verweisungszeichen hieher bemerkte überschrift fehlt in B.

2) A: *formam ciuitatis Bononie.* B hat blos: *forma procuracionis ad causas.*

3) B: *anno domini a natiuitate.*

4) B: *magistrum P.*

5) B: *et etiam.*

6) B: *cum tali.*

7) B: *uel.*

8) B: *cuiuscunque ponendum.*

9) In B fehlt *testes.*

10) B: *sentenciam diffinitiuam audiendi, appellandi, appellacionem.*

11) B: *fuerit obtinendi.*

12) B: *faceret et exerceret.*

13) B: *personaliter presens esset, promittendo.*

14) In B fehlt *eius.*

15) B: *premissis et actum ac procuratum.*

Digitized by Google

Rogonis [1]) predicti et aliorum omnium quorum interest uel intererit, iudicio sisti et iudicatum solui in [2]) omnibus suis clausulis sub obligacione omnium suorum bonorum.

Actum in tali loco, presentibus talibus.

b.

In curia romana talis releuacio [3]) bene admittitur. set Bononie bene dicitur nulla. et quod non valeat, [4]) talem racionem assignant: procurator rei satisdare tenetur, et satisdare est pignora uel fideiussorem [5]) prestare. vnde cum in premissa releuacione [6]) nec pignoris nec fideiussoris dacio contineatur, dicunt iura de huiusmodi satisdacione [7]) loquendo, [8]) non esse aliquatenus [9]) satisfactum.

Releuacio procuratoris secundum formam ciuitatis Bononie. [10])

Insuper volens dictum procuratorem [11]) releuari ab onere [12]) satisdandi, promisit mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice domini Rogonis [13]) predicti et aliorum omnium quorum interest uel intererit, iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis, et quia tempore [14]) ferende sentencie erit in iudicio, et omnia dabit et soluet que in condempnacionibus continebuntur, si condempnatus fuerit, nisi fuerit prouocatum, sub obligacione omnium bonorum suorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis idem dominus pro dicto suo procuratore extitit fideiussor sub ypotheca omnium rerum suarum.

c. Procuratorium [15]) ad causas manu publica scriptum [16]) et sigillo mandantis munitum.

Vniuersis presens instrumentum publicum inspecturis pateat manifeste, quod reuerendus pater dominus I dei

1) In B fehlt *Rogonis.*
2) B: *cum.*
3) B: *relatio.*
4) B: *bononie nullatenus admittendo. et quia non ualent.*
5) B: *fideiussores.*
6) B: *relatione.*
7) B hatte ursprünglich *donacione.*
8) A: *loquenti.*
9) A: *non est aliquatenus esse.*
10) B hat hier schwarz: *Forma nunc que seruatur Bononie in releuacione huiusmodi faciendo, cui quicquam opponi non potest, talis est.* Dann folgt das eigentliche **rubrum**: *Releuacio procuracionis ad causas secundum modum curie Bononie seu alicuius ciuitatis.*
11) A: *dictus procurator.*
12) B: *omni honere.*
13) B hat hier blos: *B.*
14) B: *ipse.*
15) B: *procuratorium generale.*
16) A: *scriptas.*

Digitized by Google

gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas [1]) tenore presencium fecit constituit et ordinauit magistros B de Bononia et I de tali loco licet absentes tamquam presentes [2]) et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, set [3]) quod vnus inceperit [4]) alter prosequi valeat et finire, generales suos procuratores actores defensores et [5]) nuncios speciales in omnibus suis et ecclesie sue litibus controuersiis atque causis quas [6]) habet uel habiturus est cum quacunque uel quibuscunque personis ecclesiasticis uel secularibus, collegiis uel vniuersitatibus, coram quocunque iudice uel auditore, dato uel dando, ecclesiastico uel seculari, tam in agendo quam defendendo, et tam in ciuilibus quam in criminalibus, dans et concedens [7]) eisdem et cuilibet eorum [8]) plenam et liberam potestatem [9]) agendi et deffendendi, libellum seu libellos et quascunque peticiones dandi et recipiendi, litem contestandi, iuramentum calumpnie et de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis [10]) in animam suam prestandi et aduerse parti si opus fuerit deferendi, terminos et dilaciones petendi, excepciones cuiuscunque generis proponendi, testes et instrumenta producendi, alterius partis iurare videndi, suspectos recusandi [11]) iudices, et notarios eligendi et recusandi ac etiam associari [12]) petendi, sentenciam audiendi, [13]) appellandi et appellaciones [14]) prosequendi, beneficium restitucionis in integrum et absolucionis [15]) tociens quociens opus fuerit implorandi, crimina et defectus opponendi, alium uel alios procuratores loco sui constituendi seu substituendi [16]) ac etiam reuocandi semel et [17]) pluries quociens eis uel alteri eorum videbitur expedire, et ipsas causas postmodum reassumendi et procurandi per se uel alios prout eis uel eorum alteri utilius [18]) visum erit, et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi tam in iudicio quam extra

---

1) B: *dominus talis.*
2) B: *ordinauit magistrum P de tali loco licet absentem tanquam presentem, et M presentem.*
3) B: *et.*
4) B: *incipiet.*
5) B: *et defensores ac.*
6) B: *quam uel quas.*
7) In A ist *dans et concedens* ausgefallen.
8) B: *eorum in solidum.*
9) B: *potestatem et speciale mandatum.*
10) B: *generis iuramentum.*
11) A: *dandi.*
12) B: *associandi.*
13) B: *audiendi supplicandi beneficium restitucionis in integrum ac etiam absolucionis beneficium petendi et obtinendi sentenciam audiendi.*
14) B: *appellacionem.*
15) B: *absolucionis beneficium.*
16) In B fehlt *seu substituendi.*
17) B: *uel.*
18) B: *ulterius.*

Digitized by Google

que ipsemet facere et [1]) exercere posset si personaliter interesset, ita quod[2]) generalem et liberam administracionem in sollidum habeant tam ipsi quam substituti ab eis uel ipsorum altero in hiis [3]) omnibus que ad personam ipsius domini qualitercunque pertinere[4]) noscuntur, nec non promittens[5]) se ratum et firmum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictos suos procuratores uel aliquem ipsorum substitutum uel substitutos ab eis uel altero[6]) eorum [7]) in premissis et circa premissa factum procuratum fuerit siue gestum.

Et volens dictos suos procuratores et quemlibet eorum[8]) substitutum uel substitutos ab eis uel altero ipsorum releuare ab onere [9]) satisdandi, promisit mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse poterit, iudicio sisti et iudicatum solui in [10]) omnibus suis clausulis sub ypotheca rerum suarum. [11])

In quorum omnium testimonium sigillum ipsius domini archyepiscopi de [12]) ipsius mandato prensentibus est appensum.

Actum in tali loco, presentibus talibus testibus, anno domini etc.

Ego talis [13]) notarius etc.

d. Quando priuata manu procuratorium scribitur cum sigillo.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas salutem et sinceram in domino karitatem. [14])

Noueritis, quod nos dilectos nobis in[15]) Christo magistros P de Bononia presentem et C de tali loco [16]) absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, fecimus [17])

---

1) B) *faceret uel.*
2) Anstatt *ita quod* hat A: *qui.*
3) Von *habeant* bis hieher ist in A ausgefallen.
4) A: *peruenire.*
5) A: *promittentes.*
6) A: *alteri.*
7) B: *eorum quemlibet.*
8) B: *eorum in solidum.*
9) B: *ab omni honere.*
10) B: *cum.*
11) In B ist hiezu von der feinen hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *se et sua pro predictis fidejussorie nomine obligando sub omni renunciacione iuris pariter et cautela.*
12) B: *et ex.*
13) B: *et ego.*
14) B: *permissione etc. salutem in domino.*
15) B: *nos liberatos in.*
16) B: *P presentem et R.*
17) B: *facimus.*

Digitized by Google

constituimus et ordinauimus [1]) nostros procuratores actores defensores et nuncios speciales in omnibus nostris causis litibus et controuersiis, quas habemus uel habituri sumus cum quacunque uel quibuscunque personis vniuersitatibus siue[2]) collegiis, coram quocunque iudice siue auditore, dato uel dando, tam in agendo quam in defendendo, et tam in ciuilibus quam in criminalibus, dantes eis et cuilibet eorum in sollidum plenam et liberam potestatem agendi, defendendi, litem contestandi, iuramentum calumpnie et cuiuslibet alterius generis[3]) in animam nostram[4]) prestandi etc. *ut supra in proximo instrumento per* [5]) *omnia usque ad locum vbi dicit* et generaliter. *tunc dicatur:* et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi in iudicio et extra que nos facere possemus si presentes essemus, ratum et firmum perpetuo habituri quidquid per dictos nostros procuratores uel aliquem ipsorum substitutum [6]) uel substitutos ab eis uel altero ipsorum factum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

Et volentes dictos procuratores nostros et quemlibet eorum [7]) substitutum uel substitutos ab eis uel altero ipsorum [8]) releuare ab onere satisdandi, promittimus iudicio sisti et iudicatum solui in [9]) omnibus suis clausulis sub obligacione omnium bonorum nostrorum.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [10]) apponendum.

Datum Londonii, iiii kalendas octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxiiii. [11])

e. Procuratorium ad negocia.

Iohannes de Sewes rector ecclesie de Sermeden cantuariensis [12]) dyocesis, intendens ad romanam curiam proficisci, fecit, constituit et ordinauit magistrum Io. de tali loco [13]) presentem et mandatum suscipientem generalem suum procuratorem, actorem, negociorum gestorem, et [14]) nuncium specialem, ad omnia sua et ecclesie sue predicte

---

1) B: *ordinamus.*
2) Von hier an bis *criminalibus* einchliesslich ist in B ausgefallen.
3) B: *generis iuramentum.*
4) B: *suam.*
5) B: *et per.*
6) Von hier an bis *ipsorum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
7) B: *eorum in solidum.*
8) B: *uel a quolibet eorum.*
9) B: *cum.*
10) B: *duximus.*
11) B: *datum etc.*
12) B: *Iohannes rector ecclesie talis.*
13) B: *magistrum I.*
14) B: *procuratorem negociatorem gestorem.*

Digitized by Google

negocia gerenda et exercenda, ad inpetrandum [1]) et recipiendum pro eo et eius nomine quidquid sibi tam racione persone quam ecclesie sue predicte quacumque racione debetur uel debebitur[2]) in futurum, et ad respondendum pro eo et ecclesia sua predicta quibuslibet personis ecclesiasticis et secularibus que contra ipsum uel eius ecclesiam supradictam aliquid peterent uel opponerent quauis forma, coram quocumque iudice ecclesiastico uel seculari, tam in ciuilibus quam in criminalibus, et ad colligendum et reponendum et distrahendum[3]) omnes fructus et prouentus suos et ecclesie sue predicte, presentes et futuros, et satisfaciendum de ipsis omnibus et singulis quibus appareret ipsum Iohannem[4]) esse in aliquo obligatum, et ad faciendum finem et remissionem et pactum de vlterius non petendo omnibus seu ab omnibus quibus seu a quibus [5]) aliquid soluerit uel receperit, prout de iure uel consuetudine fuerit faciendum, et ad obligandum personam ipsius et bona de obseruandis et adimplendis omnibus et singulis que per ipsum procuratorem suum suo nomine promissa fuerint siue gesta, et ad prestandum in animam suam cuiuslibet generis iuramentum et si opus fuerit aliis deferendum, et ad alium seu alios procuratores loco sui constituendum uel substituendum seu constituendos uel substituendos et reuocandos semel et[6]) pluries prout expedire crediderit, [7]) ipso procuratore ut prius nichilominus remanente, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda tam in iudicio quam extra que ipsemet facere posset si personaliter interesset,[8]) dans et concedens eidem liberam et generalem administracionem in omnibus et singulis supradictis et que ad ipsa qualitercumque spectare [9]) noscuntur, ita quod ipsius domini absencia nil impediat atque ledat, set omnis in dictum procuratorem sit [10]) data potestas quam ipse mandans habet, [11]) necnon promittens se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictum eius procuratorem substitutum uel substitutos ab eo[12]) factum fuerit in premissis et quolibet predictorum.

1) B: *et ad petendum.*
2) In B ist *uel debebitur* ausgefallen.
3) B: *colligendum responendum et distribuendum.*
4) B: *appareat ipsum I.*
5) B: *omnibus seu omnibus quibus uel aliquibus.*
6) In A und B fehlt *constituendum uel.* B hat überhaupt nur *substituendum et reuocandi semel uel*
7) A: *crediderint.*
8) B: *personaliter presens esset.*
9) B: *et ad ipsam qualitercunque impetrare.*
10) A: *si.*
11) A: *habere.*
12) B: *eo seu ab eis.*

Digitized by Google

Et volens dictum procuratorem releuari ab[1]) onere satisdandi, promisit mihi sollempniter notario infrascripto stipulanti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse poterit, iudicio sisti etc. *ut supra in releuacione*[2]) *procuratoris secundum formam modi ciuitatis*[3]) *bononiensis*[4]) *continetur.*

f. Alia forma ad negocia et ad causas.[5])

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[6]) salutem et sinceram in domino karitatem.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos dilectos nobis[7]) magistros P et I licet absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, facimus constituimus et ordinamus generales nostros procuratores, actores, defensores, negociorum gestores, et nuncios speciales, ad omnia nostra et ecclesie nostre negocia in romana curia promouenda coram sanctissimo patre domino Martino[8]) papa iiii et eius iudicibus seu auditoribus quibuscumque, dantes et concedentes[9]) eisdem et cuilibet eorum in sollidum generalem et liberam administracionem, et potestatem plenissimam[10]) agendi, defendendi, procedendi, probandi, confitendi, negandi, iuramentum calumpnie et de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in animam nostram[11]) prestandi, sentenciam audiendi, appellandi, litteras tam simplices quam legendas impetrandi et contradicendi, de locis et in[12]) iudicibus conueniendi, beneficium et restitucionis in integrum et absolucionis si opus fuerit implorandi, crimina et defectus opponendi, alium uel alios loco sui substituendi et reuocandi semel et pluries, mutuum cum[13]) quocumque mercatore voluerit[14]) seu maluerit usque ad summam cc marcarum sterlingorum[15]) contrahendi et recipiendi, promittendi et obligandi nos et nostra[16]) pro dicta summa peccunie restituenda, quocumque termino duxerint — uel[17]) duxerit — ordinandum, et submittendi

1) B: *dictum procuratorem substitutum uel substitutos releuare ab omni.*
2) B: *relacione.*
3) B: *secundum modum curie.*
4) In III 3. b. auf s. 612.
5) In B fehlt *et ad causas.*
6) B: *I permissione etc.*
7) B: *nobis in Christo.*
8) B hat blos: *M.*
9) B: *dans et concedens.*
10) B setzt noch bei: *et speciale mandatum.*
11) B: *suam.*
12) In B fehlt *in.*
13) B: *a.*
14) A: *maluerit.*
15) A hat nur *sterling* mit dem abkürzungsstriche über dem *g.*
16) B: *promittendi obliguandi me et mea.*
17) In B fehlt *duxerint uel.*

Digitized by Google

nos iurisdicioni camere domini pape et ipsius camere auditoris, et ipsas cc marcas expendendi pro nostris et ecclesie nostre [1]) negociis ibidem expediendis qualitercumque eis uel alicui eorum honestius et utilius erit visum,[2]) et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi tam in iudicio quam extra que ipsemet facere et exercere posset, etiam si [3]) mandatum exigerent speciale, nec non promittentes nos [4]) firmum et ratum perpetuis temporibus habituros [5]) quidquid per dictos nostros [6]) procuratores uel aliquem eorum substitutum uel substitutos ab eis uel ipsorum altero promissum factum uel qualitercumque procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum, sub obligacione nostrorum [7]) omnium bonorum.

Insuper volentes [8]) dictos procuratores nostros et [9]) quemlibet eorum [10]) substitutum uel substitutos ab eis uel ab ipsorum aliquo releuare ab onere [11]) satisdandi, promittimus [12]) iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis sub ypotheca rerum nostrarum. [13])

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [14]) apponendum. [15])

Datum in tali loco, vi idus octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi; [16]) indictione nona.

g. Substitucio procuratoris.

Magister P de Bononia, procurator reuerendi patris et domini N dei gracia cantuariensis archyepiscopi tocius Anglie primatis, [17]) habens potestatem ab eo substituendi alium loco sui, [18]) substituit magistrum I [19]) de Viterbio presentem et suscipientem loco sui procuratorem [20]) ad

---

1) B: *pro meis et ecclesie mee.*
2) B: *utilius iussum fuerit.*
3) B: *posset si.*
4) B: *me.*
5) B: *habiturum.*
6) B: *meos.*
7) B: *meorum.*
8) B: *uolens.*
9) B: *meos et eciam.*
10) B: *eorum in solidum.*
11) B: *ab omni honere.*
12) B: *promitto in.*
13) B: *mearum.*
14) B: *sigillum meum presentibus iussi.*
15) A: *conponendum.*
16) B: *domini m. cc. lxxx. sexto.*
17) B: *patris domini I dei gracia etc.*
18) In B ist hiezu von der feineren hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *iuxta formam traditam et concessam.*
19) B: *substituit loco sui magistrum B.*
20) B: *procuratorium.*

Digitized by Google

omnia et singula que habet a dicto domino archiepiscopo in mandatis.[1])

Actum in tali loco, presentibus talibus.

4.

Procurator etiam constituitur aliquando aput acta, id est in iudicio coram iudice et presente altera parte.

Et scribitur tunc per eundem notarium qui[2]) scribit in causa inter aliquot[3]) acta cause.

Nec indiget talis procuracio tanta sollempnitate ut alie indigent. sufficit enim quod notarius, postquam scripserit terminum uel aliud actum habitum, tunc in dicta causa ita dicat: *qui Petrus*[4]) *actor talem in dicta causa suum procuratorem constituit aput acta*,[5]) *dans eidem potestatem agendi, defendendi, in animam suam iurandi, et alia omnia faciendi que in ipsa causa fuerint oportuna.*

Nec est necesse quod apponantur ibi testes, sicut nec in aliis actis cause.[6])

Si vero reus procuratorem constituat siue aput acta siue extra acta,[7]) semper eum releuare debet ab onere[8]) satisdandi.[9]) alioquin procurator antequam admittatur cogitur satisdare, precipue si de re agitur temporali. et si spiritualis est res de qua agitur, saltem pro parte fructuum et expensarum in causa veniencium cogitur satisdare.

Qualiter satisdare debeat procurator qui[10]) releuatus non est, et qui[10]) nomine alterius agit,[11]) infra in titulo de satisdacionibus[12]) plene scribam.

---

1) B: *singula quelibet que a dicto domino archiepiscopo in mandatis receperit.*

Hiezu ist wieder von der feineren hand in den besagten leeren raum bemerkt: *P iuxta formam sibi datam et concessam, cuius tenor sequitur in hec verba: vniuersis etc.*

2) A: *quod.*

3) B: *alia.*

4) B: *habiturum in causa tunc dicat ita quod P.*

5) In B findet sich hier ein verweisungszeichen zu folgendem von der feineren hand an den unteren rand der zweiten spalte geschriebenen muster:

Vel sic.

P procurator talis in iudicio constitutus, post litem contestatam ab eodem P nomine procuratorio Iohannis, cuius est procurator, prout eius procuratorium in actis continetur, et domino iudici per tenorem eiusdem procuratorii facta exstitit fides, fecit et constituit in dicta causa suum procuratorem in eadem suo periculo apud acta ante diei assignacionem, dans et concedens eidem eandem potestatem quam ipse P habet et sibi conpetit in dicta causa, et agendi etc.

6) Dieser satz fehlt in B.

7) In B fehlt *acta.*

8) B: *ab omni honere.*

9) A: *satisfaciendi.*

10) A: *quod.*

11) B: *agitur.*

12) In IV de iudiciis 5 B.

Digitized by Google

5.

Interdum procurator dominus litis factus constituit procuratorem, etiam si in suo procuratorio substituendi non habeat potestatem.

Et tunc ita dicat notarius: *talis procurator, cum in causa que inter ipsum ex vna parte et talem* [1] *ex altera coram tali iudice vertitur per litis contestacionem sit dominus litis factus, fecit constituit et ordinauit talem suum procuratorem in ipsa causa, dans* [2] *eidem plenam et liberam potestatem agendi, defendendi*, etc. ut in formis superioribus inuenitur. [3]

Non enim omnia que in premissis formis procuracionum posita sunt semper in quolibet procuratorio requiruntur. set debet esse discretus notarius, ut accipiat et dimittat, addat [4] et minuat, secundum quod occurrenti sibi negocio viderit expedire.

IV.

De iudiciis.

Tractatu procuracionum [5] premisso, [6] de hiis que in iudicio et aliquando extra iudicium per archyepiscopos episcopos ac eorum viccarios seu officiales necnon [7] per iudices delegatos fiunt, videlicet qualiter scribi et ordinari tam in registro [8] quam alibi per notarium debeant, per ordinem vobis scribam.

1.

Et cum a citacione iudicium [9] sumat exordium, a citacionibus videtur merito inchoandum.

a. De citacionibus.

Citacionum forme sunt velud negocia infinita. nam quelibet citacio, presertim in principio cause facta, debet narracionem [10] facti racionabiliter continere. et cum sit negociorum diuersitas infinita, narraciones [11] infinitas adducit. propter quod in narracionibus [12] non posset aliquis

1) A: *talis.*
2) B: *dans et concedens.*
3) B: *superius inuenietur.*
4) In B fehlt *addat.*
5) B: *de procuratoriis.*
6) A: *premittitur.* B: *premissis.*
7) B: *in iudicio et extra per archiepiscopos ac eorum uicarios et episcopos seu officiales siue.*
8) B: *negocio.*
9) A: *iudicum.* B: *et a conuitacione iudicum.*
10) A: *racionem.*
11) B: *negocium diuersitas raciones.*
12) B: *propter que etiam narraciones.*

Digitized by Google

tradere certas formas. verum cum imitacio[1]) magna[2]) pars dictaminis habeatur,[3]) qui[4]) plures narraciones racionabiliter factas[5]) viderit ad bene narrandum cicius poterit informari. et cum posita narracione citaciones[6]) ad certas formas postmodum redigantur, ideo ipse forme necessarie esse videntur.[7]) debet[8]) enim quelibet curia certum stilum et formas[9]) tenere, cum per defectum stili et forme falsificacio littere sepius[10]) cognoscatur.

b.

Scribam igitur vobis citacionum formas quam plurimas, narraciones diuersas inserens in eisdem,[11]) ut et mutacione narracionum ex ipsis proficere[12]) possit notarius, et in citacione qualibet formam debitam obseruare.

a. Forma citacionis super causa spoliacionis.

Frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[13]) dilecto in Christo filio decano suttillagensi[14]) salutem graciam et benedictionem.

Dilecti filii Petri Alfonsi rectoris ecclesie de I cantuariensis dyocesis querelam audiuimus, continentem quod — cum ipse dictam ecclesiam de . . fuisset[15]) canonice assecutus, eamque pacifice et quiete per annum et amplius possedisset — R[16]) Iohannis de tali loco cum quibusdam suis[17]) conplicibus ad ecclesiam ipsam armata manu accedens, eundem dicta ecclesia[18]) bonisque suis omnibus contra iusticiam spoliauit, in eadem nequiter se intrudens, et intrusus eadem detinet occupata.[19]) de quo sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Nos autem, cum vnicuique teneamur iuxta datam nobis a domino[20]) graciam iusticiam exhibere, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, districte precipiendo mandantes, quatenus prefatum R[21]) ex parte nostra per vos

1) Vielleicht *narracio?*
2) B: *uerum citacio maior.*
3) B: *habetur.*
4) A und B: *quod.*
5) In B fehlt *factas.*
6) A: *citacione.* B: *citacionis.*
7) B: *necesse est uidere.*
8) A: *deberet.*
9) B: *et certam formam.*
10) B: *superius.*
11) B: *inserente eidem.*
12) B: *ut imitacione narracioni et ipsas perficere.*
13) B: *primax.*
14) B: *decano de tali loco.*
15) B: *de tali loco fuisset.*
16) B: *possedit rotbs* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*
17) B: *aliis.*
18) B: *eidem dictam ecclesiam.*
19) B: *ea detinens occupatam.*
20) B: *teneamur datam a deo.*
21) B: *rotbm* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*

Digitized by Google

uel per alium ydoneum [1]) peremptorie citare curetis, ut prima die iuridica post festum omnium sanctorum proximo venturum per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis et [2]) conmissariis nostris, vbicunque in dyocesi uel in prouincia nostra [3]) fuerimus, debeat conparere, predicto P super spoliacione [4]) huiusmodi de iusticia responsurus.

Alioquin procedemus contra eum ut iustum fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis et formam et quidquid inde feceritis nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes per latorem presencium fideliter [5]) intimetis.

Datum apud Londonium [6]) x kalendas octobres, consecracionis nostre anno iii.

Licet ad certos diem et locum et sub certo iudice debeat quis citari, hec [7]) *tamen tenet* [8]) *consuetudo in Anglia, quod* [9]) *cantuariensis archyepiscopus ita citet.* [10])

β. Alia forma citacionis.

Frater I etc.

Porrecta nobis [11]) dilecti filii P Alfonsi [12]) clerici peticio continebat, quod — cum ecclesia de . . de iure vacaret, pro eo quod R de tali loco qui de facto ecclesiam ipsam tenet institutus [13]) in eadem fuit ecclesia post concilium [14]) lugdonense, nec [15]) infra annum a die sue institucionis secundum formam constitucionis [16]) in eodem concilio edite fuit in presbyterum ordinatus, propter quod cadit ab omni iure quod in eadem ecclesia per institucionem huiusmodi obtineret, idemque [17]) P sit a vero patrono ipsius ecclesie presentatus — alicui discreto scribere curaremus, ut [18]) ecclesiam ipsam vacare decernens ipsum P in corporalem possessionem ipsius ecclesie auctoritate nostra induceret, amoto quolibet illicito possessore.

Nos autem factum huiusmodi ignorantes, contra ipsum R nolumus sic ex abrupto procedere, quo usque faceremus eundem ad nostram presenciam euocari.

---

1) In A ist *per alium ydoneum* ausgefallen.
2) B: *ydoneum uel.*
3) B: *per dyocesim nostram.*
4) B: *expoliacione.*
5) B: *nobis.*
6) B: *datum in tali loco.*
7) A: *hoc.*
8) B: *hoc tamen tenetur.*
9) B: *quia.*
10) B: *citat.*
11) B: *pro recta nobis.*
12) B: *petri assensi.*
13) B: *constitutus.*
14) B: *per consilium.*
15) B: *ut.*
16) In B fehlt *secundum formam constitucionis.*
17) B: *optinet idem.*
18) A: *et.*

Digitized by Google

Quocirca discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et[1]) sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum[2]) R per vos uel per alium[3]) ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octaua die post festum omnium sanctorum, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc[4]) sequenti,[5]) per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis, vbicumque in dyocesi uel prouincia nostra fuerimus, conparere procuret, eidem[6]) P super iure quod sibi vendicat ex presentacione ad eandem ecclesiam de facto[7]) et[8]) aliis omnibus que proponere contra ipsum voluerit de iusticia responsurus.

Alioquin contra eum etc. *ut supra in alia citacione.*[9])

γ. Citacio de aliquo diffamato.

Libenter taceremus[10]) quod dicimus, si[11]) possemus. libenter aboleremus quod scribitur, deo[12]) teste. set[13]) debitum officii[14]) non patitur, quoniam mordica[15]) lenitiuis[16]) interdum misceamus, ut quos[17]) lac dulcedinis non emollit virga debite[18]) correctionis inclinet.[19])

Sane cum R Iohannis rectorem ecclesie de . . tam super[20]) incontinencie vicio quam enormibus excessibus aliis inuenerimus[21]) adeo publice diffamatum quod de[22]) ipsius sordibus quasi predicat omnis loquens, amplius dissimulare non possumus quin[23]) veritatem de tantorum clamore facinorum per viam iusticie inquiramus.

Quapropter discrecioni vestre[24]) etc. *ut supra usque ad locum*[25]) eidem P. *tunc dicatur:* super premissis et aliis omnibus ex officio nostro sibi obiciendis[26]) suam si potuerit innocenciam[27]) purgaturus.

Alioquin etc. *ut supra in citacione prima per totum.*

---

1) In A und B fehlt *et.*
2) B: *dictum.*
3) B: *alium ydoneum.*
4) A: *sunt.*
5) Dieses zwischensätzchen fehlt in B.
6) B: *idem.*
7) A: *de se factam.*
8) B: *in.*
9) B setzt noch bei: *per totum.*
10) B: *tractaremus.*
11) B: *et si.*
12) B: *de eo.*
13) B: *secundum.*
14) B: *officii nostri.*
15) A: *mordicam.*
16) B: *patitur mortua leuitatis.*
17) B: *quod.*
18) B: *debita.*
19) A: *non inclinet.*
20) B: *rector ecclesie super.*
21) B: *inuenire.*
22) In A fehlt *de.*
23) In B fehlt *quin.*
24) B: *discrecionem uestram.*
25) B: *locum ubi dicitur.*
26) B: *obiciendum.*
27) B: *ignoranciam.*

Digitized by Google

d. Super eodem. [1])

Perlatam nobis inmo quasi publicatam infamiam R canonici de . . super [2]) incontinencie vicio et aliis excessibus pluribus dissimulauimus, [3]) iam est diu, sperantes ut per bona que [4]) faceret in posterum opera mala si qua gesserat delerentur. set quod in eo sperabamus ad meritum, ad penam proh [5]) dolor inuenimus, videlicet ut sua cessaret lasciuia, que pocius augmentatur.

Quapropter etc. *ut supra per omnia.*

ε. Citacio de decima retenta. [6])

Constitutus in presencia nostra dilectus filius P ecclesie rector de . . nobis sua assercione [7]) monstrauit, quod ipse et predecessores sui rectores dicte ecclesie a tempore cuius non [8]) exstat memoria in pacifica [9]) possessione fuerunt [10]) percipiendi decimas a priore et conuentu sancti . . de tali loco de [11]) omnibus terris et possessionibus quas ipse prioratus habet in parrochia [12]) ecclesie sue predicte, et quod nunc [13]) prior et conuentus predicti — eorum salutis inmemores — dictam decimam indebite sibi soluere contradicunt. de quibus [14]) sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Quapropter etc. *ut supra usque ad locum vbi dicit* eidem Petro. *tunc dicatur:* eidem [15]) P super retencione dicte decime et aliis omnibus que contra eos [16]) proponere voluerit de iusticia responsuri. [17])

Alioquin etc. *ut supra.*

ς. Citacio super causa peccuniaria.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Exposuit nobis dilectus filius P in nostra presencia constitutus, quod ipse R de tali loco quandam [18]) summam peccunie amicabiliter mutuauit, quam sibi indebite restituere contradicit.

1) B: *alia citacio super eodem.*
2) B: *infamiam robbi* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *canonici ecclesie de tali loco super.*
3) B: *dissimulamus.*
4) B: *ut ea que.*
5) B: *protrahi.*
6) B: *alia forma citacionis.*
7) B: *affectione.*
8) Von *ipse* an bis hieher ist in B ausgefallen, aber von der feineren hand dafür in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *in tantum quod non.*
9) B: *passifica.*
10) B: *fuerit.*
11) B: *sancti Petri de . . de.*
12) B: *per parrochiam.*
13) A: *non.*
14) B: *quo.*
15) Von *Petro* an bis hieher ist in A ausgefallen.
16) B: *omnes.*
17) In B fehlt *responsuri.*
18) B: *quod. H. de. quandam.*

Digitized by Google

Propter quod discrecioni tue presencium auctoritate [1]) committimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra.*

ζ. Citacio executorum super causa testamentaria.

Dilectus filius P de tali loco in nostra presencia constitutus proposuit, quod — cum R de tali loco eidem P decem marcas sterlingorum [2]) in suo testamento reliquerit — I et M executores ipsius testamenti [3]) dictas decem marcas [4]) sibi dare indebite contradicunt, licet ad eas soluendas bona sufficiant testatoris.

Quocirca discrecioni vestre etc. [5])

η. Citacio in [6]) causa matrimoniali.

Conquesta est nobis dilecta filia S de tali loco, quod — licet R de tali loco cum ea per verba de presenti matrimonium legittime contraxisset, ac matrimonium inter eos fuisset postmodum per subsecucionem [7]) carnalis copule

1) B: *tenore.*

2) A: *sterlegn* mit dem abkürzungsstriche über dem *n*.

3) Hiezu ist von der feineren hand in B in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *ad soluendum legata per ipsum facta fecerit, et predicti executores.*

4) B: *marchas sterlinguorum.*

5) Ein verweisungszeichen führt hier in B auf nachstehendes von der feineren hand an den unteren rand der ersten spalte geschriebenes muster:

Alias sic.

Salutem in domino.

Citetis peremptorie ad diem martis post festum beati Ylarii, vel die proxima subsequenti non feriata, si dicta dies martis fuerit feriata, coram nobis apud Kongis hora prime Petronillam Fauresti tam nomine proprio quam tutorio seu procuratorio nomine Ioannis et P et G et Aycelme, filiorum suorum, et Helye Faure quondam mariti sui pupillorum vel minorum, vt dicitur, si tutrix vel curatrix sit eorundem seu esse velit, et ipsos liberos cum auctoritate eiusdem, si tutrix vel curatrix sit vel esse velit eorundem, querelis G de P responsura.

Et si tutrix seu curatrix non sit dictorum liberorum, significetis dictis liberis, et eos moneatis quod dicta die secum adducant tutorem seu curatorem auum vel agnatum vel testamentarium alium, si quem habent.

Et si non habent, citetis M et K de tali loco, eorum consanguineos, vt eorum tutelam seu curam vel vtrumque suscipiant, et onus eiusdem seu earundem: qua suscepta, auctoritate ipsorum, vel vnius eorundem auctoritate stare possint in iudicio cum dicto G coram nobis.

Alioquin nos prouidebimus eisdem ipsa die de tutore vel de curatore vel de vtroque, prout fuerit racionis, secundum qualitatem personarum, iuris grauitate seruata, significantes omnibus premissis et singulis, quod — si non conparuerint dicta die — nos procedemus contra ipsos, vt fuerit racionis, eorum absencia non obstante.

Datum etc.

6) B: *super.*

7) B: *filia . M. de. U. quod. R.* (mit dem angefügten abkürzungs-

Digitized by Google

consumatum — ipse tamen R, sue salutis inmemor, a dicta eius uxore diuertens, cum quadam alia — quam publice tenet de facto, cum de iure [1]) non posset — dicitur contraxisse, ipsi E non solum debitum coniugale set etiam vite [2]) necessaria denegando.

Quapropter discrecioni vestre etc. *usque ad locum vbi dicit* eidem P. *tunc dicatur*: eidem E super premissis omnibus de iusticia responsurus.

Alioquin etc.

9. Citacio super causa diuorcii.

Veniens ad presenciam nostram dilecta filia E sua nobis peticione monstrauit, quod — cum ipsa cum R eius viro matrimonium legittime contraxisset, ac per quinquennium et vltra in eadem domo et thoro tamquam vir et vxor insimul morarentur — idem tamen R propter inpotenciam sui perpetuam sibi debitum non reddidit [3]) coniugale.

Quare cum ipsa E [4]) prout asserit effectu [5]) cause qua nupsit careat sine culpa, videlicet ut filios procrearet [6]) ac mater esse desideret, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra* [7]) *per totum.*

10. Citacio super causa appellacionis.

9) B: *appellanti.*
10) B: *forma apostolorum super appellatione interposita a iudice delegato.*
11) B: *sanctissimo patri domino I.*
12) B: *lugdunensis.*
13) B: *mouet seu mouere intendit contra.*
14) B: *canonicatu et prebenda ecclesie talis.*

Digitized by Google

In qua quidem causa litis contestacione facta legittime, ac iuramento calumpnie et de veritate dicenda prestito sollempniter ab vtroque, factisque hinc inde posicionibus, et ad eas responsionibus subsecutis, receptis etiam probacionibus omnibus quas ipse partes hinc inde facere voluerunt, dei nomine inuocato, contra dictum R iuste ut credo, seruato iuris ordine, diffinitiuam sentenciam promulgaui.

A qua dictus R ad vestre sanctitatis sedem [1]) appellauit in scriptis, petens instanter apostolos sibi dari.

Cui appellacioni ob reuerenciam sedis apostolice detuli reuerenter, et prefatum R ab examine meo dimittens [2]) ipsum ad pedes sanctitatis vestre transmitto [3]) cum presentibus apostolis seu dimissoriis litteris, sigilli mei [4]) munimine roboratis, prefixo sibi termino peremptorio duorum mensium a die appellacionis interposite conputando, infra quem per se uel [5]) procuratorem ydoneum ad causam ipsam sufficienter instructum cum omnibus instrumentis actis et munimentis suis vestro se conspectui representet, prosecuturus causam [6]) appellacionis huiusmodi ut fuerit ordo iuris.

Datum etc.

c. Forma apostolorum cum appellatur a grauamine per iudicem delegatum illato. [7])

Sanctissimo in Christo patri domino M sacrosancte romane ecclesie summo pontifici etc.

Olim sancte memorie (*uel* felicis recordacionis) dominus Nycolaus papa iii, predecessor vester, [8]) causam quam P de tali loco mouet seu mouere intendit R [9]) super . . re mihi sub hac forma conmisit: *Nycolaus etc.*

In qua quidem causa cum domino R super tali re peremptorium terminum ad proponendum [10]) omnes excepciones dilatorias et declinatorias assignassem, ipse R in termino sibi dato quasdam excepciones presentibus interclusas proposuit. quas cum friuolas reputarem, [11]) eas habito consilio peritorum plurium [12]) non admisi.

Propter quod idem R appellauit [13]) ad sedem apostolicam sub hac forma: *coram vobis venerando viro domino G etc.*

---

1) B: *ad sedem apostolicam.*
2) B: *deinde.*
3) B: *remitto.*
4) B: *nostri.*
5) B: *uel per alium.*
6) B: *processurus in causa.*
7) B hat hier schon das nächstfolgende rubrum.
8) B: *noster.* A: *precedentis nostre.*
9) B: *contra R.*
10) B: *terminum apponendi.*
11) B: *reputo.*
12) B: *quam plurimum.*
13) B fügt *in scriptis* bei.

Digitized by Google

Cui appellacioni non detuli, cum eidem de iure non[1]) crediderim deferendum.

Set cum instanter apostolos peteret, has dimissorias litteras sibi dedi,[2]) sigilli mei[3]) munimine roboratas, prefingens sibi terminum ut[4]) infra duos menses a die appellacionis interposite conputandos per se uel procuratorem[5]) ad totam causam sufficienter instructum cum omnibus instrumentis actis et munimentis suis vestro se conspectui representet, facturus super hoc quod sibi[6]) vestra sanctitas duxerit iniungendum etc.

d. Forma apostolorum cum appellatur ab ordinario et non defertur appellacioni.[7])

Sanctissimo[8]) in Christo patri domino etc. frater I permissione dei[9]) etc.

Sanctitati vestre notifico, quod — cum in causa appellacionis ad[10]) me interposite pro parte dicti R de tali loco ab officiali venerabilis patris domini londoniensis[11]) episcopi super questione que inter ipsum R ex vna parte et P loci eiusdem super . . ecclesia[12]) ex altera parte vertitur seu verti speratur, iuris ordine seruato, procederem[13]) — dictus P, falso fingens me sibi dicte appellacionis et aliorum actorum copiam denegare, in scriptis appellauit ad sedem apostolicam sub hac forma: *coram vobis reuerendo patre* etc. prefingens sibi et aduersario predicto peremptorium terminum . . mensium,[14]) a die appellacionis interposite conputandum, ad conparendum per se uel procuratorem ydoneum, ad agendum et defendendum super tota causa sufficienter instructum, ita quod — si[15]) sanctitati vestre videbitur expedire — finito[16]) appellacionis articulo, uel de partium voluntate omisso,[17]) procedere valeant in negocio principali, cum omnibus instrumentis actis et muni-

---

1) B hat blos: *cum non.*
2) B: *cum instancia has dimissorias peteret litteras seu apostolos sibi reddi.*
3) B: *nostri.*
4) In A fehlt *ut.*
5) B: *uel per alium procuratorem ydoneum.*
6) In B fehlt *sibi.*
7) Hiefür hat B das vorhergehende rubrum ohne das schlusswort *illato.*
8) B: *summo.*
9) B: *frater miseracione.*
10) B: *a me.*
11) B: *lugdonensis.*
12) B: *super quadam ecclesia.*
13) A: *procedentem.* B: *procedente.*
14) B: *trium mensium.*
15) In B fehlt *si.*
16) B: *facturo.*
17) A: *omissa.* B: *promisso.*

Digitized by Google

mentis suis nostro[1]) se conspectui representent, prosecuturi causam huiusmodi, ut fuerit ordo iuris.

Cui appellacioni non detuli, quia non credidi deferendum,[2]) cum in veritate a me nunquam petita fuerit copia supradicta, et etiam cum statim post appellacionem ipsam copiam sibi obtulerim[3]) et instanter.

Verum cum apostolos postularet, has dimissorias sibi litteras dedi, sigilli mei[4]) munimine roboratas.

Datum etc.

e.

Cum autem appellatur a suffraganeo ad metropolitanum, eadem[5]) est forma — mutata salutacione — tenenda.[6])

P.

Quoniam litigantes interdum[7]) tam in iudicio quam extra iudicium protestari coguntur, expedit ut de ipsis protestacionibus aliquid subsequatur.

a. Forma instrumenti protestacionis.

Robertus de tali loco, constitutus ante hostium camere[8]) domini . . cantuariensis archyepiscopi apud talem locum, rogauit hostiarium camere supradicte ut[9]) plures alios clericos et familiares ipsius domini archyepiscopi[10]) astantes ibidem, ut permitterent ipsum R adire dominum archyepiscopum supradictum,[11]) pro eo quod prefixus fuit eidem R terminus peremptorius a magistro B decano[12]) de arcubus ad conparendum coram ipso domino archyepiscopo, ad[13]) procedendum in causa que vertitur seu verti speratur inter ipsum R ex vna parte et P de tali loco super quibusdam decimis ex altera.

Et quia predictus hostiarius et familiares non permiserunt dictum R intrare ad dominum archyepiscopum supradictum,[14]) asserentes ipsum dominum archyepiscopum esse pluribus et variis negociis prepeditum,[15]) ideo dictus R coram me notario et testibus infrascriptis protestatus est

1) B: *uestro.*
2) B: *credo deferendum esse.*
3) B: *statim ipsius appellationis copiam obtulerim.*
4) B: *nostri.*
5) B: *ipsa.*
6) B: *reuerenda.*
7) In B fehlt *interdum.*
8) In B fehlt *camere.*
9) B: *et.*
10) In B fehlt *archyepiscopi.*
11) B: *ipsum audire dominum predictum.*
12) A: *magistro de Camera.*
13) B: *et.*
14) B: *dominum antedictum.*
15) B: *inpeditum.*

Digitized by Google

quod ipse paratus est conparere coram dicto domino archyepiscopo, et procedere in dicta causa, et facere omnia que facere de iure tenetur, et quod tempus non currat[1]) ei, cum per eum non stet quin predicta omnia faciat, set quia non potest habere copiam domini archyepiscopi supradicti.

Actum in tali loco, presentibus talibus.

b.

Preterea cum quis impetrat litteras apostolicas ad aliquem iudicem delegatum, et ipsius iudicis copiam habere non potest, oportet ipsum saltim infra annum[2]) a die date littere protestari. que protestacio ita fieri consueuit.

Alia forma protestacionis.

In nomine domini amen.

Anno eiusdem etc. R de . . constitutus in domo venerabilis viri magistri G archydiaconi lewenensis,[3]) domini pape iudicis delegati, ut presentaret eidem domino archyepiscopo[4]) quasdam litteras apostolicas per ipsum R ad ipsum dominum archyepiscopum[5]) impetratas, quarum litterarum tenor talis est: *Martinus episcopus seruus seruorum dei. ponatur totus tenor litterarum. demum dicatur sic*:

Et quia copiam ipsius domini archyepiscopi habere non poterat, protestatus fuit idem R[6]) instanter quod paratus erat dictas litteras presentare, et prenominatos aduersarios citari facere, et omnia integraliter exercere ut[7]) tenetur, et quod[8]) ex nunc in predictis tempus sibi non occurrat, cum per eum non stet quin predicta omnia faciat, set quia non potest habere copiam sui iudicis predicti.

Actum etc.

V.

Viso de hiis que in iudicio frequentantur, nunc de transscriptis et quibusdam aliis aliquando necessariis notario que fiunt extra iudicium annotabo.

1. Qualiter transscribi debeant tam littere apostolice quam instrumenta ut sui autentici robur obtineant firmitatis.[9])

In nomine domini amen.[10])

1) A: *quod ipse non curat.*
2) In B fehlt *infra annum.*
3) B: *uiri domini archidiaconi lugudunensis.*
4) B: *eidem iudici.*
5) B: *ipsum iudicem.*
6) A: *idem rector.*
7) B: *que.*
8) In B fehlt *quod.*
9) In B fehlt *firmitatis.*
10) Diese eingangsformel fehlt in B.

Digitized by Google

Vniuersis transscriptum[1]) publicum inspecturis I permissione diuina etc.

Constitutus in presencia nostra R, procurator abbatis et conuentus monasterii sancti Augustini cantuariensis,[2]) procuratorio nomine pro eisdem[3]) humiliter petiit, ut quasdam litteras eidem abbati et conuentui[4]) a felicis recordacionis domino N[5]) papa iii concessas, quarum litterarum tenor[6]) propter carte[7]) vicium — *uel* propter vetustatem ipsius,[8]) *uel* pro eo quod ipse littere balneate fuerunt — incipit[9]) iam deleri, deberemus inspicere, et inspectas transscribi facere, ac ipsum transscriptum auctoritate nostra et sigilli nostri munimine roborari.

Quarum litterarum tenor talis est: *Nycolaus episcopus seruus seruorum dei* etc. *ponatur totus tenor litterarum.*[10]) *postmodum dicatur sic:*

Nos igitur quia prefatas[11]) litteras diligenter inspeximus, et inspectas[12]) vidimus non cancellatas non rasas non abolitas nec viciatas in aliqua parte sui, set bulla plumbea[13]) et filo canapis — *uel* corda serica[14]) — more curie romana bullatas, ideo presens transscriptum ex eis sumptum[15]) et coram nobis vna cum infrascriptis notario et testibus sollempniter auscultatum[16]) auctoritate nostra et sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Ego notarius . . prenominatas[17]) litteras vidi non cancellatas non rasas non abolitas nec viciatas in aliqua parte sui, set vera bulla[18]) ut dictum est more romane curie bullatas, easque in presenti transscripto de verbo ad verbum — nil addens nil minuens quod sensum mutet uel viciet[19]) intellectum — transscripsi, et fideliter[20]) transscriptum ad easdem postmodum vna cum talibus clericis uel laicis testibus[21]) presente domino archyepiscopo[22])

---

1) B: *presens transscriptum.*
2) B: *procurator talis domini.*
3) B: *eodem.*
4) B: *eidem domino.*
5) B: *Nicholao.*
6) B: *que littere.*
7) B: *quarte.*
8) B: *ipsarum.*
9) B: *incipiunt.*
10) In B fügt die feinere hand hiezu noch bei: *de verbo ad verbum.*
11) B: *nos autem qui predictas.*
12) In B fehlt *inspectas.*
13) B: *set vera bulla.*
14) B: *uel cirico.*
15) B: *assumptum.*
16) B: *absultatum.*
17) B: *prenotatus.*
18) B: *bulla plumbea.*
19) B: *uiciet uel minuet.*
20) B: *transscripsi fideliter et presens.*
21) B: *cum tali et clericis uel litteratis.*
22) B: *presente dicto iudice.*

Digitized by Google

diligenter auscultaui,[1]) meoque signo[2]) et nomine roboraui.

Actum Londonii, anno domini a natiuitate m.° cc.° etc.[3])

2. Forma transscribendi que communiter seruatur in curia romana.

Vniuersis presens transscriptum publicum inspecturis frater I etc.

Noueritis, nos vidisse ac de verbo ad verbum diligenter[4]) legisse quasdam litteras sanctissimi patris domini Martini pape iiii, non[5]) cancellatas non[6]) viciatas in aliqua parte sui, set vera bulla plumbea et filo canapis more curie romane[7]) bullatas, tenoris et continencie infrascripte: *Martinus episcopus seruus seruorum dei etc.*

Uel sic: noueritis, nos vidisse etc. quoddam instrumentum publicum, scriptum manu talis notarii, non cancellatum non abrasum non abolitum nec viciatum in aliqua parte sui, cuius tenor talis est: *anno domini etc.*[8])

In cuius rei testimonium presens transscriptum[9]) per infrascriptum notarium publicum[10]) fieri mandamus,[11]) ipsumque auctoritate nostra et sigilli nostri munimine roborandum.[12])

Ego talis[13]) notarius predictas litteras — *uel* prenominatum instrumentum — non viciatum ut predictum est vidi, ipsumque in presenti[14]) — nil addens nil minuens quod sensum mutet uel viciet intellectum — transscripsi fideliter de mandato domini archyepiscopi supradicti, ipsum transscriptum cum dicto eius autentico diligenter postmodum auscultaui,[15]) meoque signo et nomine roboraui.

Actum apud Londonium.[16])

3. Forma transscribendi[17]) procuratorium exhibitum in iudicio.

Hec est copia cuiusdam procuratorii exhibiti[18]) in iudicio per infrascriptum procuratorem in[19]) causa que ver-

1) B: *abscultaui.* Von der feineren hand ist hiezu an den leeren mittelraum zwischen den spalten bemerkt: *et in forma publica transscripsi, meoque.*
2) B: *signo signaui.*
3) Dieser schlusssatz fehlt in B.
4) B: *libenter.*
5) B: *domini M pape non.*
6) B: *cancellatas non obolitas nec.*
7) B: *more solito.*
8) B: *in nomine domini amen etc. et ponatur totus tenor instrumenti.*
9) B: *presentes litteras.*
10) In B fehlt *publicum.*
11) B: *mandauimus.*
12) B: *duximus roborandum.*
13) B: *ego uero.*
14) B fügt noch *transcripto* bei.
15) B: *abscultaui.*
16) B: *actum in tali loco etc.*
17) B: *scribendi.*
18) B beginnt hier: *exhibito procuratorio.*
19) Von hier an bis *procuratorem* ist in A ausgefallen.

Digitized by Google

titur seu verti speratur inter dominum . . et eius procuratorem ex parte vna et P de tali loco super tali re ex altera coram . . iudice.

Cuius tenor talis est. *ponatur tenor tocius procuratorii, siue instrumentum publicum siue littera sit.*

Si est instrumentum publicum, scribatur subscripcio notarii de verbo ad verbum.

Si est littera, describatur[1] *sigillum in hunc modum:* quod procuratorium vallatum erat sigillo[2] predicti constituentis, prout littere aperte scripte[3] aperte dicebant, *uel* prout dictus eius[4] aduersarius in iudicio recognouit, *uel* prout dictus procurator per duos testes in continenti probauit.

Ego talis notarius[5] presentem copiam, prout in dicto instrumento, *uel* prout in dictis litteris sigillatis, ut dictum est inueni, ita — nil addens nil minuens quod sensum mutet — de mandato dicti domini archyepiscopi fideliter scripsi, et postmodum scriptum diligenter auscultaui, meoque signo[6] et nomine roboraui.

4.

Quandoque[7] perditur instrumentum debiti, et[8] iudex causa cognita mandat notario qui instrumentum, perditum fecerat, ut ipsum instrumentum faciat iterato.

In quo casu notarius debet facere dictum instrumentum de verbo ad verbum sicut prius fecerat.

Postmodum scribat notarius secundum modum solitum.

Demum sic dicat: *et licet alias predictum*[9] *instrumentum fecerim, ipsumque creditori tradiderim supradicto, quia creditor ipse constitutus coram tali iudice iurauit se dictum instrumentum amisisse, idem iudex de consensu dicti debitoris ibidem presentis mandauit mihi notario infrascripto, ut instrumentum ipsum iterato facerem, ipsumque dicto traderem creditori.*

Actum in tali loco. presentibus talibus etc. anno domini etc.

VI.

Quia sepe dominus papa scribit archyepiscopis et episcopis, ut cum aliquo clerico eorum[10] subdito super defectu natalium apostolica[11] auctoritate dispensent, expedit ut super dispensacione huiusmodi aliqua forma detur.

1) B: *scribatur.*
2) In A fehlt *sigillo.*
3) A: *sculpte.* B: *littere in eo scripte.*
4) B: *uel ut dictus.*
5) In B fehlt *talis notarius.*
6) B: *signo signaui.*
7) B: *quandocunque.*
8) B: *et tunc.*
9) A: *perditum.*
10) B: *eisdem.*
11) B: *ipsa.*

Digitized by Google

Qualiter archyepiscopus uel episcopus cum suo subdito super defectu natalium debeat dispensare.[1])

Frater I permissione diuina etc. dilecto in Christo filio P. clerico salutem in domino sempiternam.

Litteras sanctissimi patris domini Martini iiii pro te recepimus sub hac forma: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc.

Pensatis hiis igitur diligenter[2]) omnibus que nobis in dictis litteris demandantur, ut[3]) ipsarum circumstanciis sollempniter inquisitis, quia per nos diligenter examinatus[4]) tam de ydoneitate persone quam de conpetenti litteratura vita conuersacione aliisque meritis ydoneus es repertus, tecum quo ad sacros ordines promoueri et beneficium ecclesiasticum obtinere valeas, etiam si curam habeat animarum, defectu[5]) non obstante huiusmodi, iuxta tenorem dictarum litterarum auctoritate apostolica dispensamus.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus[6]) apponendum.

VII.

Contingit[7]) sepe[8]) quod archyepiscopi et episcopi concedunt litteras indulgenciarum[9]) hospitalibus et aliis piis locis.

In quo casu notarius scire debet que vtrisque[10]) scribenda eueniant, ut — cum leguntur et ostenduntur in publico indulgencie sic concesse — nec concedentes nec[11]) eas scribentes possint in aliquo reprehendi.

Igitur super huiusmodi indulgenciis aliquas formas scribam, quibus habitis leuius notarius poterit ad scribendum ceteras alias informari.

1. De indulgenciis pro festiuitate virginis gloriose.[12])

Vniuersis Christi fidelibus per prouinciam cantuariensem constitutis frater I etc. salutem in domino sempiternam.

Gloriosus deus in sanctis suis, in ipsorum glorificacione gaudens,[13]) in veneracione[14]) beate Marie semper virginis

---

1) B: *subdito dispensat.*
2) B: *libenter.*
3) B: *et.*
4) In B fehlt *examinatus.*
5) B setzt noch *natalium* bei.
6) B: *iussimus.*
7) B setzt hier die überschrift *de indulgenciis rubrica* voran.
8) B: *interdum.*
9) B: *indulgencie.*
10) A: *vtriusque.* B: *utrique.*
11) B: *ut.*
12) B: *indulgencia pro uirginibus.*
13) A: *gaudentes.* B: *gaudetis.*
14) A: *narrationc.*

Digitized by Google

eo iocundius delectatur quo ipsa utpote mater eius effecta meruit altius sanctis ceteris in celestibus collocari.

Cupientes igitur, ut ecclesia de tali loco, que ipsius gloriose virginis est insignita vocabulo, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam ecclesiam in festo assumpcionis ipsius beatissime virginis causa deuocionis accesserint annuatim [1] — de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi — c dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.

Datum Londonii vi idus aprilis anno domini m.° cc.° lxxxiii, consecracionis nostre anno ii. [2]

2. Indulgencia pro festiuitate [3] alicuius sancti in cuius honore ecclesia est fundata.

Frater I etc. dilecto in Christo filio rectori ecclesie de tali loco [4] salutem et sinceram in domino karitatem.

Sanctorum meritis [5] inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus. qui eorum patrocinia per digne deuocionis obsequia [6] promerentur, illum quoque venerantur in ipsis quorum gloria ipse est et retribucio meritorum uel premiorum. [7]

Nos igitur ad prosequenda [8] predicta gaudia causam dare fidelibus cupientes, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad ecclesiam tuam predictam in festo beati Hermanni, [9] in cuius est ut asseris [10] honore fundata, et vii diebus festum illud inmediate sequentibus cum deuocione ac reuerencia visitauerint annuatim — de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac gloriosi Thome martiris auctoritate confisi — xl [11] dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.

Datum etc.

3. Forma [12] pro pauperibus monialibus. [13]

Vniuersis Christi fidelibus per prouinciam cantuariensem constitutis frater I [14] etc.

---

1) In B fehlt *annuatim*.
2) B hat blos: *datum in tali loco die anno etc.*
3) B: *festo.*
4) B: *dilecto etc.*
5) B: *merita.*
6) B: *pro digne retributionis obsequio.*
7) In B fehlt *uel premiorum.*
8) B: *consequenda.*
9) B: *Remigii.*
10) B: *asseritur.*
11) B: *concessi. xx.*
12) B: *indulgencia.*
13) An den rand dieses musters ist in B von der feineren hand noch hinbemerkt: *hec forma probatur X de penitenciis et remissionibus c. cum ex eo.*
14) B: *constitutus talis prelatus.*

Digitized by Google

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino multiplicato fructu recolligere debeamus [1]) in celis, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam.

Cum igitur dilecte [2]) in Christo filie . . abbatissa et conuentus monialium sancti .. de tali loco dyocesis cantuariensis, [3]) que spretis mundanis illecebris elegerunt famulari domino in abiectione [4]) voluntarie paupertatis, non habeant vnde viuant, nisi a Christi fidelibus subueniatur eis, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur in domino, in remissionem [5]) vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis collatis a domino pias ad hec elemosinas et grata eis karitatis subsidia erogetis, ut per subuencionem vestram earum inopie consolentur, [6]) et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterna possitis felicitatis [7]) gaudia peruenire.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac gloriosi Thome martiris auctoritate confisi, [8]) omnibus vere penitentibus et confessis qui eis ad hec [9]) manus porrexerint karitatis xl dies de iniuncta eis penitencia misericorditer relaxamus.

Has vero litteras mitti per questuarios [10]) inhibemus, eas — si secus actum fuerit — carere viribus decernentes.

Datum etc.

4. Indulgencia pro ponte construendo. [11])

Vniuersis Christi fidelibus per ciuitatem et dyocesim cantuariensem constitutis frater I permissione diuina [12]) etc.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus etc. *ut supra.*

Cum igitur dilectus filius N, lator presencium, in strata publica pontem constituere [13]) seu reficere ad transeuntium

1) B: *domino recolligere ualeamus.*
2) In B fehlt *dilecte.*
3) B: *abbatisse moniales sancti Benedicti de tali loco talis dyocesis.*
4) B: *obiectione.*
5) B: *ortamur in requisitionem.*
6) B: *inopia consulatur.*
7) In B fehlt *felicitatis.*
8) B: *concessi.*
9) In B fehlt *ad hec.*
10) B: *meriti per questionarios.*
11) B: *instruendo uel reparando.*
12) B: *dyocesim de reato constitutis talis prelatus.*
13) B: *construere.*

Digitized by Google

opus intendat, nec ad id proprie suppetant facultates, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur [1]) in domino, in remissionem vobis [2]) peccaminum iniungentes, quatenus — cum ipse uel eius nuncii ad vos beneficia petituri accesserint — pias eis ad hoc elemosinas et grata subsidia [3]) erogetis, ut per subuencionem vestram opus inceptum consummare [4]) valeat, et vos per hec et alia etc. *ut supra in proximo vsque ad* relaxamus. *tunc dicatur*: [5]) presentibus post triennium [6]) minime valituris.

5.

Eodem modo scribi potest pro ecclesia reparanda. incipe [7]) ut supra, et continua vsque ad locum vbi dicitur: *cum igitur*. tunc dicatur:

Cum igitur dilectus in Christo filius P rector ecclesie de tali loco prefatam ecclesiam, que ex nimia sui vetustate ruebat, reparare proponat, nec ad id proprie suppetant facultates, vniuersitatem vestram etc. ut supra in proxima indulgencia.

6. Pro hospitali.

Vniuersis Christi fidelibus per cantuariensem prouinciam constitutis frater I etc.

Si iuxta sentenciam sapientis inter [8]) tempus seminandi discernimus et metendi, seminare debemus in terris quod cum multiplicato fructu recolligere valeamus [9]) in celis.

Et licet secundum hoc indigentibus omnibus aperire teneamur viscera karitatis, illis tamen specialiter [10]) et habundancius quodammodo libertatis debemus graciam exhibere, qui — eum sint pauperes spiritu — sponte subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subuenire, et ut in [11]) talibus habundent hospites quibus [12]) egent. hoc vero quamuis multi laudabiliter exequantur, illi tamen studeant laudabilius adimplere qui hospitalitati vacantes non solum infirmos et egenos recipiunt set et [13]) trahunt.

Cum igitur dilecti in Christo filii fratres hospitalis sancti D ad hoc totis viribus elaborent, quod vndique confluentium egenorum pariter et egrorum subuenire necessi-

1) In B fehlt *et hortamur*.
2) B: *vestrorum*.
3) B: *nuncius ad uos uenerit beneficia*.
4) B: *consumere*.
5) B: *consueuit dici*.
6) B: *terminum*.
7) In A fehlt *incipe*.
8) In B fehlt *inter*.
9) B: *debeamus*.
10) B: *specialius*.
11) In B fehlt *in*.
12) A: *hospitibus sibi*. B: *hospitibus quibus*.
13) B: *set etiam sanos*.

Digitized by Google

tatibus se exponant,[1]) vniuersitatem vestram monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus — ut cooperatores sitis operum pietatis — accedentes ad vos eorum nuncios benigne[2]) recipere ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia et pias elemosinas conferentes, ut quod eisdem in terris contuleritis multiplicatum recipiatis in celis.

Nos autem de omnipotentis dei misericordia etc.

7. Pro leproso recipiendo in aliquo hospitali.[3])

Frater I etc. dilectis in Christo filiis rectori et fratribus hospitalis sancti La[4]) salutem et sinceram in domino karitatem.

Dilectus G, lator presencium, occulto dei iudicio morbo lepre percussus, nobis supplicauit[5]) ut eum in domo vestra in socium[6]) recipi faceremus.

De hoc[7]) vniuersitati vestre presencium auctoritate mandamus, quatenus dictum G ob reuerenciam dei nostrorumque[8]) precaminum interuentu in domo vestra recipiatis in socium et in fratrem, ipsumque sincera tractetis in domino[9]) karitate.

8. De executoribus datis.[10])

Sepe dominus papa scribit, quod prouideatur alicui clerico de aliquo ecclesiastico beneficio, spectante ad collacionem talis capituli uel prelati.

---

1) B: *opponunt.*
2) B: *nuncios accedentes pro premissis faciendis benigne.*
3) B: *indulgencia pro percusso morbo.*
4) B hat blos *sancti* ohne einen namen.
5) B: *humiliter supplicauit.*
6) In B fehlt *in socium.*
7) Anstatt *de hoc* hat B *ideoque.*
8) B: *uestrorumque.*
9) B: *domo.*
10) B: *de executoribus a domino papa. rubrica.*

Hier findet sich auch am äusseren rande des codex ein verweisungszeichen, ohne dass das entsprechende zeichen sich irgendwo zeigt. Da der ganze untere rand höchst sauber radirt ist, enthielt er vielleicht unter jenem zeichen von der gröberen hand die nachfolgenden muster, welche von der feineren an den unteren rand der vorhergehenden seite bemerkt sind.

Forma supplicacionis facienda summo pontifici.

Sanctitati vestre supplicat P talis pauper clericus talis loci iuris peritus dyocesis sambiensis, nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus eidem de aliquo beneficio competenti cum cura vel sine cura sibi prouidere dignemini de gracia speciali vsque ad summam c librarum iuxta taxacionem antiquam decime, spectante ad collacionem seu prouisionem presentacionem seu quamuis aliam dispositionem episcopi sambiensis — *seu aliter:* ad cuiuscunque seu quorum-

Digitized by Google

Aliquando ipse dominus papa confert alicui clerico certum canonicatum,[1]) et mandat illum cui contulit ex nunc recipi in canonicum. et in fratrem, dato aliquo executore qui hec faciat adimpleri.

Et quia non omnes notarii sciunt formas ipsas, quam melius sciuero sub breuitate notabo.

a. Forma littere inhibicionis et reseruacionis et[2]) decreti.

Gotfridus archydiaconus lewenensis,[3]) domini pape iudex delegatus, religiosis viris priori et capitulo monasterii sancti . . de Lewes — *uel* decano et capitulo londoniensi — salutem[4]) et mandatis apostolicis humiliter[5]) obedire.

Noueritis, nos a domino papa recepisse litteras formam[6]) que sequitur continentes: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc.[7]) *ponatur totus tenor litterarum. demum dicatur sic:*

Volentes igitur mandatum apostolicum, ut tenemur, exequi[8]) reuerenter, vobis et cuilibet vestrum auctoritate apostolica inhibemus, ne beneficium ecclesiasticum, ad vestram collacionem presentacionem seu electionem spectans,

---

cunque qui conferre presentare seu aliter quoquomodo prouidere habeant conmuniter vel diuisim, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura in dyocesi antedicta, cuiuscunque seu quorumcunque dignitatis ordinis seu condicionis existat, vsque ad summam predictam, si quod vacat ad presens in ciuitate vel dyocesi, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, de dignitate sedis apostolici dignemini misericorditer prouidere — quod infra vnius mensis spacium duxerit acceptandum, etiam si minoris valoris existat, oracionibus non obstantibus, et cum clausula anteferri et aliis clausulis opportunis.

Et si non placet ad illam, supplicat de consimili, spectante ad presentacionem seu quamuis aliam disposicionem coniunctim vel diuisim capitulo cantuariensi, *vel* consimilem episcopi warmiensis, vel consimilem capituli warmiensis. *et sic de aliis dyocesibus, sicut placet.*

Frater Iohannes etc. dilecto in Christo P clerico nostre dyocesis salutem in domino.

Ut a quocunque malueris episcopo rite promoto et sacro sancte romane ecclesie obedienti ad omnes sacros minores et maiores ordines successiue statutis temporibus rite valeas promoueri, tibi et eidem domino episcopo te promoturo promouendi te canonice cum testimonio litterarum presencium, munimine sigilli nostri munitarum, auctoritatem et licenciam concedimus specialem.

1) B hat hier blos: *prouideatur alicui clerico de certo beneficio seu canonicatu.*

2) In B fehlt *et.*

3) B: *Gofridus archidiaconus talis loci.*

4) B: *sancti frodebroti salutem.*

5) B: *firmiter.*

6) A: *litteras et formam.*

7) B: *litteras recepisse quarum tenor talis. prout sequitur. M. episcopus. etc. et.*

8) B: *in omnibus exequi.*

Digitized by Google

si quod vacat ad presens, uel cum vacare contigerit, conferatis alicui, uel ad ipsum aliquem presentetis, aut quemcumque [1]) eligatis ad idem, donec dicto P [2]) secundum mandatum predictum prouiderimus [3]) de beneficio conpetenti, quod collacioni nostre penitus reseruamus.

Decernimus etenim ex nunc irritum et inane quidquid in contrarium a quocumque contigerit attemptari. [4])

Datum etc.

b. Forma collacionis beneficii vacantis post dictas inhibicionem reseruacionem decretum. [5])

Vniuersis presentes litteras inspecturis G archydiaconus lewenensis, [6]) executor a sede apostolica deputatus ad prouidendum P de tali loco de beneficio conpetenti, spectante ad collacionem uel presentacionem [7]) prioris et capituli talis ecclesie, salutem in domino sempiternam.

Olim sanctissimus pater dominus Martinus papa iiii suis nobis dedit litteris in mandatis, ut P predicto prouideremus de aliquo beneficio conpetenti, spectante ad collacionem presentacionem uel [8]) electionem talis prioris et [9]) decani et capituli.

Quarum auctoritate litterarum inhibuimus [10]) decano et capitulo supradictis, ne beneficium ecclesiasticum ad eorum collacionem presentacionem uel electionem spectans conferrent alicui, donec iam dicto P prouiderimus de aliquo beneficio conpetenti, quod nostre collacioni immo [11]) apostolice reseruamus, [12]) decernentes nichilominus irritum et inane quidquid in contrarium contingeret attemptari.

Cum autem talis ecclesia, spectans [13]) ad collacionem uel presentacionem decani [14]) et capituli eorundem, [15]) vaccet ad presens per mortem — *uel* resignacionem, *uel* promocionem — ecclesie predicte rectoris, nos volentes dictum mandatum apostolicum, ut tenemur, [16]) exequi reuerenter, ecclesiam [17]) cum omnibus iuribus et pertinenciis suis cum

---

1) B: *quemquam.*
2) B: *donec domino pape.*
3) A: *prouidimus.*
4) B: *a quoquam fuerit attemptatum.*
5) In B fehlt dieses rubrum.
6) B: *talis loci.*
7) B fügt noch *seu electionem* bei.
8) A: *et.* B: *seu.*
9) B: *uel.*
10) B: *inhibemus.*
11) B: *nec non pocius.*
12) A: *seruabamus.*
13) B: *que spectat.*
14) B: *collationem presentationem seu electionem predictorum prioris.*
15) In B fehlt *eorundem.*
16) In B fehlt *ut tenemur.*
17) B: *ecclesiam ipsam.*

Digitized by Google

plenitudine iuris canonici dicto P qua[1]) fungimur auctoritate conferimus et assignamus, sibique prouidemus de ea, inuestientes ipsum nichilominus per nostrum pilleum presencialiter[2]) de eadem, in contradictores quoslibet et rebelles necnon in omnes et singulos qui eidem P de facto se opposuerint, seu in premissis uel aliquo premissorum ipsum P molestarint, quominus eiusdem ecclesie suorumque[3]) iurium et pertinenciarum omnium pacifica valeat possessione gaudere, in hiis scriptis exconmunicacionis sentenciam promulgando.

In cuius rei etc.

c. Forma quando mandat ut aliquis recipiatur in canonicum et in fratrem in aliquo certo loco.[4])

Gotfridus etc. sedis apostolice delegatus venerabilibus viris . . decano et capitulo londoniensis ecclesie[5]) salutem et mandatis apostolicis humiliter[6]) obedire.

Noueritis, nos a sede apostolica litteras in forma que sequitur recepisse: *Martinus episcopus etc.*

Volentes igitur mandatum ipsum, ut tenemur, exequi reuerenter, vos et quemlibet vestrum auctoritate apostolica monemus primo secundo et tercio peremptorie, ut dictum P — uel eius procuratorem — infra[7]) vnum mensem a presentacione presencium numerando[8]) recipiatis in vestrum et ecclesie vestre canonicum et in fratrem, eidemque stallum in choro et locum in capitulo assignetis.

Alioquin vos decanum I, M F et C canonicos[9]) ex nunc prout ex tunc, si mandatum nostrum immo pocius apostolicum contempseritis — *uel* non parueritis — auctoritate apostolica exconmunicamus in scriptis,[10]) et ecclesiam vestram ecclesiastico supponimus interdicto.

Inhibemus etiam vobis auctoritate predicta, ne beneficium ecclesiasticum ad vestram collacionem presentacionem seu electionem spectans, si quod in ecclesia vestra[11]) vaccat ad presens, uel quod in eadem primo[12]) vaccare contigerit, conferatis alicui, et[13]) ad ipsum aliquem presentetis, aut

1) B: *P apostolica qua.*
2) In B fehlt *presencialiter.*
3) A: *eiusdem suorum.*
4) B: *forma quando quis recipitur ex tunc in canonicum et in fratrem.*
5) B: *capitulo talis loci.*
6) B: *firmiter seu humiliter.*
7) B: *per.*
8) B: *numerandum.*
9) In A fehlt *canonicos.*
10) B: *in his scriptis.*
11) In B fehlt *in ecclesia uestra.*
12) B: *uel quam cito.*
13) B: *uel.*

Digitized by Google

quemquam eligatis ad idem, donec dictum mandatum apostolicum integraliter fuerit adinpletum,[1]) decernentes nichilominus irritum et inane quidquid in contrarium a quoquam fuerit attemptatum.[2])

d. Collacio facta auctoritate litterarum apostolicarum in forma pauperum concessarum.

Talis executor sedis apostolice[3]) prouido et discreto viro P salutem in domino.

Sanctissimus pater dominus Martinus papa iiii nobis pro te scripsit in forma qua[4]) pro pauperibus clericis scribebat interdum, ut tibi de ecclesiastico beneficio conpetenti cum cura uel sine cura, pertinente[5]) ad collacionem uel presentacionem seu electionem talis, prouidere curemus secundum tue merita probitatis.

Volentes igitur mandatum apostolicum, ut tenemur, exequi reuerenter, de tuis vita et moribus[6]) ac aliis de quibus inquiri mandatur in dictis litteris inquisiuimus diligenter, et quia te inuenimus ydoneum ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, etiam si curam habeat animarum, personam tuam approbantes et reputantes ad hoc ydoneam, ecclesiam de tali loco, spectantem[7]) ad collacionem seu presentacionem dicti talis, que per mortem talis[8]) ipsius ecclesie rectoris vacare dicitur, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi nullum ecclesiasticum beneficium obtinenti iuxta formam dictarum litterarum conferimus apostolica auctoritate, et de ipsa tibi prouidemus, ac te per nostrum anulum inuestimus presencialiter[9]) de eadem, decernentes ex nunc irritum et inane, si quid contra collacionem prouisionem et inuestituram huiusmodi a quocumque[10]) fuerit attemptatum, necnon in contradictores quoslibet et rebelles ac omnes et singulos qui tibi super ipsa ecclesia iuribus et pertinenciis suis de facto se opponerent, aut te in aliquo molestauerint quominus ipsius ecclesie suorumque iurium et pertinenciarum omnium pacifica valeas possessione gaudere, in[11]) hiis scriptis exconmunicacionis sentenciam promulgantes.

In cuius rei testimonium etc.

---

1) B: *mandatum integraliter ad implcatis.*
2) B: *a quoquam contigerit attemptari.*
3) B: *Petrus exequtor a sede apostolica deputatus.*
4) A und B: *qus.*
5) B: *spectante.*
6) B: *tuis uero uita moribus.*
7) B: *ad eam ydoneum de beneficio spectante.*
8) B: *presentationem talis per mortem.*
9) B: *personaliter.*
10) B: *quoquam.*
11) Von hier an ist der schluss des satzes in A ausgefallen.

Digitized by Google

e. Qualiter executor scribere debeat quando quis receptus est in ecclesia collata sibi.[1])

Frater I etc. executor domini pape dilectis filiis . . decano et capitulo londoniensi[2]) salutem in domino.

Dudum sanctissimi patris nostri domini Martini pape iiii litteras recepimus in hac forma:[3]) *Martinus seruus seruorum etc.*

Quarum auctoritate prefatum P in nostrum et ecclesie nostre canonicum recipere[4]) fecimus et in fratrem, eidemque stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici duximus assignanda.

Cumque postmodum in eadem ecclesia quedam prebenda vacasset per mortem talis olim ipsius ecclesie canonici, nos autem prebendam ipsam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis P predicto contulimus et assignauimus, sibique de ipsa prouidimus, inuestientes eundem per nostrum anulum presencialiter,[5]) necnon in contradictores et rebelles ac omnes et singulos qui eidem P super ipsa prebenda et iuribus et pertinenciis suis de facto se opponerent, seu ipsum in aliquo molestarent super ipsis quominus ipsorum possit pacifica possessione gaudere, in hiis scriptis excommunicacionis sentenciam promulgantes.

Quocirca vobis vniuersis et singulis apostolica[6]) qua in hac parte auctoritate fungimur mandamus, quatenus eundem P in eadem ecclesia residere paratum ad prebendam ipsam, cottidianas distribuciones et tractatus capituli, ac negocia et tractatus ac ad vniuersa iura que debentur canonico prebendam adepto[7]) infra viii dierum terminum post harum presentacionem — quem vobis pro duobus edictis et vno peremptorio assignamus — liberaliter admittatis, sibique de eiusdem prebende fructibus et prouentibus[8]) quantum in vobis fuerit plenarie respondere curetis.

Alioquin in te, decane, et singulos[9]) canonicos ipsius ecclesie ex nunc in hiis scriptis exconmunicacionis sen-

---

1) B: *qualiter scribi debeat quando quis receptus est et collata est sibi ecclesia seu prebenda ut ad eam admittatur.*
2) B: *talis loci.*
3) B: *in hec uerba.*
4) B: *quarum litterarum auctoritate B in uestrum et ecclesie uestre canonicum recipi.*
5) B: *pertinentiis suis inuestientes personaliter de eadem.*
6) In B fehlt *apostolica.*
7) In A fehlt *adepto.*
8) In B fehlt *et prouentibus.*
9) B: *omnes.*

Digitized by Google

tenciam promulgamus, quam ex tunc eo ipso tu,[1]) decane, et iidem[2]) canonici incurratis, si mandatum nostrum[3]) infra dictum terminum non duxeritis adinplendum. dictamque londoniensem[4]) ecclesiam, quousque in contumacia et pertinacia[5]) ipsa steteritis, ecclesiastico supponimus interdicto, reseruata nobis nichilominus plena et libera potestate prout crediderimus esse instum alias in dicto negocio procedendi.

In cuius rei etc.[6])

VII.

Littere ad dominum cum operis dedicacione.[7])

Reuerendo in Christo patri et domino, suo speciali domino I, dei gracia etc. I[8]) bononiensis notarius seruitorum suorum humillimus cum omni deuocione se ipsum.

Ex nimie deuocionis integritate, qua totaliter cor meum inuoluitur, et instanter ad ea que vestrum honorem inspiciant animus incitatur, sollicite me sollicitat et inducit, paternitatis vestre conmodum totis intendere studiis, et dominacionis profectibus cunctis affectibus aspirare.

Hinc est quod — cum sollempnem vestram curiam deceat, tam in actis causarum conscribendis quam aliis processibus iudicialibus sacrosanctam romanam ecclesiam imitari, cuius stilus et forma non possunt sciri plenarie nisi per illos qui huiusmodi exerciciis dediti in ipsa curia diucius permanserunt, vosque nullum ex talibus ad presens habeatis[9]) vobiscum — proposui et propositum per dei graciam compleui, vobis aliquod opusculum scribere, per quod possint in predictis exercitacionibus instrui et secundum modum romane curie informari omnes qui in dicta

---

1) A: *ipse te.*
2) B: *omnes.*
3) B fügt noch bei: *immo pocius apostolicum.*
4) B: *lugdonensem.*
5) B: *quousque impertinencia.*
6) B: *rei testimonium presentes litteras eidem* B *etc. datum etc.*

Von der alten hand ist unmittelbar daran geschrieben: *anno domini m. cc. lxxxix. v* (mit übergeschriebenem offenem *a*) *die in fine madii apud raetam uiuente nicolao papa iiii.*

Hiemit schliesst auch nach den vorbemerkungen s. 597 die handschrift B selbst.

7) Cod. *dilacione.*

Dieses übermittelungsschreiben des Iohann von Bologna an den erzbischof Iohann Peckam von Canterbury findet sich nach dem schlusse der vorhergehenden note natürlich nur in der handschrift A.

8) Die handschrift hat hier *G.*
9) Cod. *habeatur.*

Digitized by Google

paternitatis vestre curia tabellionatus exercent officium aut alias notariorum locum obtinent in eadem.

Est[1]) igitur quod per magistrum Philippum laudabilem pugilem in vestris negociis conprobatum vobis opusculum illud mitto, vestre vestrorumque sapientum vobis assistencium discrecionis lima limandum.

Et per vos et eos ex ipso resecentur[2]) superflua, et que desunt subtilioris inuestigacionis ingenio suppleantur. amen.[3])

---

1) Cod. *et*.
2) Cod. *recensentur*.
3) In der handschrift A folgen nunmehr von derselben hand fol. 49 sp. 2. bis fol. 50 sp. 1 noch drei weitere muster, nämlich
1. ein instrumentum mutui contracti in romana curia,
2. ein instrumentum solutionis debiti.
3. ein instrumentum donationis inter vivos,

welche wir aus dem in den vorbemerkungen angegebenen grunde gleich daselbst s. 599—602 zum abdrucke gebracht haben.

Digitized by Google

XIII.

Formelbuch aus Baumgartenberg.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorbemerkungen.

In der einleitung schon musste der compilation, von welcher nunmehr zu handeln ist, als einer hervorragenden erscheinung auf dem gebiete des formelwesens erwähnung geschehen. auch in den vorbemerkungen zu der sächsischen summa prosarum dictaminis s. 205 bis 207, und jenen zu dem werke des Ludolf von Hildesheim s. 355 bis 357 war bereits wenigstens von einem ihrer hauptbestandtheile zu sprechen.

Deren lassen sich im ganzen jedenfalls sechs ohne alle und jede schwierigkeit ausscheiden.

Der erste gleich behandelt die eigentliche ars dictandi mit den mehrfach erwähnten fünf partes der epistola oder des dictamen, und darunter mit grosser ausführlichkeit die lehre von der salutatio, welche in fünf besonderen tabulae von kaiser und pabst angefangen bis zu den untersten schichten der gesellschaft veranschaulicht wird.

Den zweiten theil bilden die bekannten litterae quae a curiis principum dari consueverunt in ihrer früher schon — beispielsweise auf seite 206 und 207 — aufgeführten reihenfolge, im grossen ganzen eigentlich der abschnitt V der summa dictaminum des meisters Ludolf, nur mit umgangnahme von den privilegien.

Für deren einlässliche behandlung ist nämlich der dritte theil bestimmt. er enthält zunächst eine höchst wichtige einleitung de quibusdam incidentiis quarum cognitio est valde necessaria antequam perveniatur ad declaracionem privilegiorum in

Digitized by Google

quorum formis saepe reperiuntur. primo de cognitione et differentia iuris dotalitii. item de jure patronatus et ejus speciebus. item de formis testamentorum et eorum speciebus. item de arbitris et formis arbitriorum. item de formis exemplandi litteras. item de procuratione. item de irregularitatibus et earum differentiis. item de praescriptionibus et formis earum et cavillationibus praescriptionum. item in quibus litteris ponendi sint anni incarnationis. de differentia inter actum et datum. item de formis credentiarum. item de jure advocatiarum et earum differentiis. item de significatione seu interpretatione hujus nominis „census" et ejus diversitate. daran schliesst sich nunmehr die lehre der privilegien selbst mit den betreffenden mustern. hier tritt ganz entschieden eine besondere rücksichtnahme für Oesterreich, und zwar namentlich auf Wien, wie auch einmal auf Linz hervor. und wahrscheinlich ist diese ganze abhandlung — was den abschnitt von den privilegien betrifft, allerdings mit sichtlicher benützung früherer schriften darüber, wie insbesondere der sächsischen summa prosarum dictaminis und der summa dictaminum des Ludolf — von einem österreichischen notar abgefasst, welcher zugleich in den verhältnissen von Mähren bewandert war.

Nachdem im vierten theile eine grosse auswahl von eingangsweisen aller möglichen schreiben den notaren zur verfügung gestellt ist, folgt im fünften die gewaltige mustersammlung, ganz vorzugsweise der zeit des Rudolf von Habsburg angehörig. primo quidem — äussert sich ihr anleger selbst — epistolas ecclesiasticas, utpote papales quascunque huiusmodi formas reperi, sub immediata quadam continuatione ordinarie collocavi. deinde litteras imperatorum et regum romanorum eo modo, nullis aliis mediantibus, continuavi. postea formas exemtionum et libertatum quae solent dari subditis ab eisdem imperatoribus et regibus sive aliis principibus tam ecclesiasticis quam saecularibus. ultimo posui diversarum materiarum litteras generales. so in den eingangsworten

Digitized by Google

zur pars principalis quarta. kürzer dagegen bemerkt er im vorworte zur pars principalis quinta selbst: primo ponuntur litterae papales tamquam spirituales. secundo imperatorum et regum romanorum tamquam saeculares.. post haec libertatum litterae. ultimo generales.

Den sechsten und letzten theil endlich bildet — wenigstens in dreien unserer handschriften[1]) und in einem

1) In der einen aus ihnen, nämlich in B, finden sich sogar ganz am schlusse des werkes, unmittelbar an die letzten worte des ordo judiciarius von derselben hand förmlich als dazu gehörig angezeigt, auf fol. 117 sp. 2 und fol. 117' sp. 1 noch folgende zwei muster:

Exordium papale super bono pacis.

Supra kathedram preminencie pastoralis diuina disponente clemencia constituti, etsi multis et arduis que in amplum romane curie alueum confluunt quasi torrens pregrauemur negociis, curis excitemur innumeris, cogitacionibus plurimis distrahamur, circa illud tamen feruentibus votis intendimus, vacamus instancius, ac operose sollicitudinis studium inpertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltacionem katholice fidei, et perfectum fidelium animarum, precisis radicitus dissidiorum vepribus, litigiorum amfractibus omnino subductis, inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis diuini deputatos ceterasque personas quas ordo clericalis includit pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exestuet, inualescat concordie vnitas, animorum ydemptitas perseueret. scimus enim, et ex euidencia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor. nec ignoramus, quod dissensiones et scandala prauis actibus aditum preparant, rancores et odia suscitant, illicitis motibus ausum prebent. nichil obediencia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset.

Forma conposicionis super lite parcium aliquarum.

Nos talis prelatus tenore presencium profitemur, quod — cum inter talem N ex vna et . . ex parte altera multis temporibus altercacio verteretur — nos volentes quantum nobis conpetit ipsorum tranquillitati intendere et quieti, ac predictas sopire discordias, partibus in nostra presencia constitutis, parcium earundem vtrimque audivimus raciones.

Que tandem de conmuni consensu et spontanea voluntate nostro se arbitrio submiserunt, petentes quatenus de prudentum consilio litem sev altercacionem huiusmodi finiremus.

Quorum supplicacionibus inclinati, onus ipsum pro bono pacis et concordie assumpsimus, et summatim examinauimus singula que partes proponere habuerunt, diffinientes questionem eiusmodi in hunc modum.

Digitized by Google

codex von Zwetl — nach einer hübschen zusammenstellung kurzer rechtsregeln ein vollständiges processlehrbuch oder ein ordo judiciarius, welchem am schlusse unserer sammlung von briefstellern und formelbüchern eine stelle angewiesen worden ist.

Ego Rudolfus[1]) ciuis wiennensis, infirmitate corporis deprehensus, publice recognosco, quod conpos mentis et libera voluntate virum talem — *vel si plures sunt*: viros tales — omnium rerum mearum pro me constituo testatorem — *vel* testatores — dans ei — *vel* eis — plenam potestatem testandi et ordinandi de vniuersis et singulis rebus meis, mobilibus et inmobilibus, habitis et habendis, accipiendis, vendendis,[2]) alienandis, distribuendis, et dispensandis, post mortem meam, prout ei — *vel* eis[3]) — visum fuerit expedire, volens pariter vt quicquid ipse — *vel* ipsi — de rebus meis ordinauerit — *vel* ordinauerint — pro testamento vltime voluntatis post mortem meam debeat ab omnibus reputari.

Quod ne per alicuius inprobitatem inpediri possit, presentes ei — *vel* eis — literas dedi, sigilli mei — *vel* sigilli ciuitatis wiennensis — munimine roboratas, testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec. etc.

Actum anno domini.

b.

Si vero publicum instrumentum dare voluerit, tunc ista litera scribetur ex persona[4]) iudicis et ciuium.

Et erit eadem forma, nisi quod iudex et ciues ex sua scribunt persona, et ea que ille testator de se locutus est in prima persona illa illi loquuntur[5]) in tercia persona sic.

Nos Otto miles iudex cum vniuersitate ciuitatis wiennensis[6]) tenore presencium profitemur, quod Rudolfus dilectus conciuis noster, egritudine corporis preoccupatus, testamentum facere volens, set dolore prepeditus non valens, sana tamen mente et libera voluntate, talem — *vel* tales — pro se omnium rerum suarum constituit testatores, dans ei — *vel* eis — plenam potestatem etc. *per omnia vt supra, vsque* actum anno domini.

4) De lite in causa ciuili.

Item notandum, si super aliquibus possessionibus vel rebus lis orta fuerit et contencio ventilata in foro videlicet ciuili, quia de foro ecclesiastico supra positum est satis lucide, et si per sentenciam res illa adiudicata fuerit parti

1) B und C haben blos *R.*
2) B: *et vendens.* C: *et vendendis.*
3) B und C fügen noch bei: *si plures fuerint.*
4) B und C: *parte.*
5) B und C: *loquantur.*
6) B und C: *ciuium wiennensium.*

Digitized by Google

vni et abiudicata parti alteri, iudices seculares vel iudex totum processum cause scribunt suo nomine sub hac forma.

Nos Otto[1]) iudex et vniuersitas ciuium ciuitatis N[2]) omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis cupimus esse notum, quod — cum quedam lis inter venerabiles abbatem et conuentum monasterii talis ex parte vna et Ch institorem conciuem nostrum ex parte altera super iure fundi cuiusdam domus in tali loco site diu admodum volueretur[3]) — ad nostram presenciam tandem in loco pretorii vrbani — *vel* in ecclesia tali — partibus hinc inde constitutis, propositum fuit ex parte abbatis predicti et conuentus, quod ipsi fuissent in libera et quieta possessione fundi domus predicte per xx annos[4]) et vltra, proprietatem fundi illius ad monasterium suum pertinere asserentes, quod etiam se ydoneis probaturos testibus affirmabant.

Cum ergo per sentenciam omnium testes producendi decernerentur, productique super consciencias suas[5]) et iureiurando fundum illum ad predictos[6]) abbatem et conuentum pertinere asseuerarent, et pars aduersa non haberet quod contra testium assercionem veritate plenam posset excipere, nos per generalem sentenciam omnium ad hoc dignorum eundem fundum predictis abbati et conuentui adiudicauimus, et per viros honestos A et E conciues nostros eos in possessionem misimus corporalem.

Super quo actu presentes ei literas[7]) conscribi iussimus, ciuitatis nostre sigilli munimine roboratas, testibus ydoneis subnotatis, quorum hec sunt nomina etc.

Actum anno domini etc.

5) De arbitris et formis arbitriorum.

Si vero lis non possit terminari nisi per arbitros, tunc talis erit forma.

Arbiter vocatur ille quem ambe partes ad hoc eligunt vt litem terminet iuxta[8]) arbitrium suum. et vocatur wlgariter ein schidman.[9]) vel si plures fuerint, tunc vocantur schidlevt.[10])

---

1) B und C haben hier blos *O.*
2) B und C: *ciuium wiennensis ciuitatis.*
3) B und C: *verteretur.*
4) In B und C lautet diese stelle: *domus per x et xx annos.*
5) In B und C fehlt *suas.*
6) B und C: *predictum.*
7) B und C: *litteram.*
8) B und C: *secundum.*
9) B: *schiedman.* C: *schiedmam.*
10) B und C: *schiedleut.*

Digitized by Google

Locus pretorii vrbani vocatur[1]) ein schranne, vbi videlicet iudicia exercentur.

Sic ergo scribetis.

Nos Otto[2]) iudex et vniuersitas ciuitatis wiennensis vniuersis presencium inspectoribus declaramus, quod — cum quedam lis inter viros religiosos abbatem et conuentum monasterii talis ex parte vna et H[3]) militem talem cognomine conciuem[4]) nostrum suosque heredes ex parte altera super circuitu cuiusdam nemoris circa locum talem aliquanto tempore verteretur, nec litis talis decisio de facili speraretur — tandem ex suggestu proborum hominum partes suas hinc inde interponencium pro bono pacis partes ambe in arbitros conpromiserunt,[5]) qui secundum dei timorem litem illam suo arbitrio terminarent.

Cum ergo predicti abbas et conuentus militem talem pro sua elegissent parte, pars vero aduersa Rudolfum conciuem nostrum[6]) pro se nominasset, et in hos duos partes ambe tanquam in legitimos arbitros conpromisissent[7]) ipsorum stare arbitrio, idque[8]) publico instrumento[9]) firmassent, tandem predicti arbitri conuenientes in hanc formam arbitrium emiserunt, vt videlicet predicti abbas et conuentus prenotato militi suisque heredibus xl talenta denariorum wiennensium infra hinc et proximum festum sancti Georii dare debeant, tali moderamine interiecto, vt in proximo festo natiuitatis domini xv talenta, in purificacione beate Marie virginis xv talenta, in die[10]) sancti Georii x prefatis militi et suis heredibus persoluantur. ipsum vero nemus ex nunc et in reliquum in possessionem predictorum abbatis et conuentus cessit, et sub iuste proprietatis tytulo ad eorum monasterium perpetuo pertinebit.

Quod si ante nominatam[11]) pecuniam predicti abbas et conuentus[12]) citra[13]) terminum sibi per arbitros constitutum non soluerint, non solum hoc presens arbitrium cassabitur, verum etiam eam pecuniam quam forte iuxta aliquantam porcionem soluerint omnino perdent,[14]) et causa

---

1) B: *est.* in C fehlt *vocatur.*
2) B und C haben blos *O.*
3) A: *H cognomento.*
4) B und C: *ciuem.*
5) B und C: *promiserunt.*
6) B und C: *R ciuem talem.*
7) B und C: *promisissent.*
8) B und C: *et hoc.*
9) A: *iuramento.*
10) B und C: *in festo.*
11) B und C: *notatam.*
12) A und C: *predictis abbati et conuentui.*
13) B und C: *circa.*
14) B und C: *perdant.*

Digitized by Google

cum lite sua in statum pristinum quem ante arbitrium habuit reuertetur.

Ne vero alicui calumpnie in posterum locus pateat, formam arbitrii presentibus inpressam et sigillo ciuitatis nostre conmunitam ipsis arbitris reseruandam assignauimus, vt soluta pecunia et lite prorsus sopita litere demum super hoc negocio perpetue conscribantur.

Actum etc.

Hinc notate, quod talis forma non est perpetua, quoniam habet quasdam[1]) condiciones, que si seruate non fuerint, litera et arbitrium cassantur, et causa tota in statum pristinum retruditur.[2]) si videlicet pecunia non fuerit soluta.

Si autem condicio illa non esset ibi, set scriberetur quod pecunia esset soluta, tunc litera esset perpetua. nec est[3]) necesse aliam conscribi literam perpetuam.[4])

6) De modo exemplandi literas.

Item si literam domini pape vel imperatoris vel regis exemplare nos contingeret, ista esset forma.

Nos dei gracia B ratisponensis Vero patauiensis ecclesiarum episcopi notum facimus vniuersis presentes literas inspecturis, quod anno domini m°. etc. mense nouembris, domini Honorii pape quarti anno secundo, vidimus et tenuimus et diligenter inspeximus literam domini Alexandri pape quinti, serico bullatam, non abolitam, non abrasam, nec ex aliqua sui parte viciatam, set plene et fideliter continentem de verbo ad verbum omnia que inferius sunt expressa.

Alexander episcopus seruos seruorum dei etc. *omnia vsque ad finem. et tunc post totam literam subiungetur:*

In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus, anno et mense superius nominatis.[5])

Si autem litera imperatoris vel regis transscribenda est, oportet quod scribatur sub sigillis episcoporum vel ducum marchionum vel comitum, quia[6]) inferioribus personis vix adhiberetur[7]) fides, vt prelatis ecclesiasticis vel ministerialibus.

---

1) B und C: *aliquas.*
2) B und C: *reducetur.*
3) B und C: *esset.*
4) In den drei handschriften folgt nunmehr noch ein nicht daher gehöriger absatz, welchen wir unten im traktate de privilegiis 1 gleich als den ersten absatz auf s. 781 eingestellt haben.
5) B und C: *notatis.*
6) C: *et.*
7) B und C: *adhibetur.*

Digitized by Google

Talis ergo erit forma.

Nos Albertus dei gracia dux Austrie, H marchio talis,[1]) Albertus[2]) comes Tyrole, notum esse volumus[3]) vniuersis presentes literas inspecturis, quod anno domini etc.[4]) mense tali, anno iiii regni domini Friderici secundi[5]) serenissimi imperatoris[6]) romani et semper augusti, vidimus tenuimus et diligenter inspeximus literam imperatoris domini Friderici primi,[7]) aurea bulla signatam,[8]) non abolitam, non abrasam, et in nulla sui parte viciatam, set plene et fideliter continentem de verbo ad verbum omnia que inferius sunt expressa.

Fridericus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus Sycilie et Ierusalem rex etc. vsque ad finem litere. et tunc subiungetur:

In cuius rei testimonium[9]) etc. *totum vt supra positum est.*

Notandum etiam, quod quandoque vnus ordo totus simul, sicut noster videlicet cysterciensis, vno gaudet priuilegio generaliter de aliquo papa vel imperatore super aliqua gracia vel libertate. et si illud priuilegium domus nostra — scilicet Povmgartinperg[10]) — non haberet, set forsan habere vellet, possemus id de alia domo nostri ordinis accipere que illud haberet, et monstrare[11]) viris magnis, sicut duobus vel tribus episcopis. et cum ipsi hoc vidissent et legissent, tunc nos transscriberemus ipsum priuilegium de verbo ad verbum sub forma predicta, et ipsi episcopi apponerent[12]) sigilla ad transscriptum[13]) tale. et illud vellemus habere loco priuilegii.

Hoc etiam solet fieri, quando priuilegia nimia vetustate depereunt. tunc transscribimus[14]) sub sigillis autenticorum virorum sub forma quam predixi.[15])

7) Quid sit procuracio.

Notate etiam, quod quando in literis inuenietis hoc nomen „procuracio", per illud intelligitur expensa que debetur le-

1) B: *Nos Otto dux Babarie, H marchio. C.*
2) B und C haben hier: *C.*
3) B und C: *notum facimus.*
4) B und C: *m°. etc.*
5) B und C haben blos: *F.*
6) Von hier an bis *Friderici* einschliesslich ist in C ausgefallen.
7) B: *F serenissimi.*
8) C: *sigillatam.*
9) C: *testimonio.*
10) B: *Pavngartn* mit dem doppelten abkürzungsstriche über *tn.* C: *Paungartenperg.*
11) B und C: *acciperet, et monstraret illud.*
12) B: *ponerent.*
13) B: *scriptum.*
14) B und C: *transscribuntur.*
15) B und C: *forma predicta.*

Digitized by Google

gatis domini pape. legati enim[1]) possunt exigere a clero procuracionem sibi debitam iuxta formam quam eis papa constituit, vt videlicet in episcopatu patauiensi accipit forte legatus c marcas vel plus vel minus. et illa pecunia vocatur procuracio.

Ordo autem noster videlicet cysterciensis ab huiusmodi procuracionibus omnimodis est exemptus, quia nulli legato tenemur ad contribucionem procuratoriam.

8.

Dantur etiam maxime a personis secularibus litere diffidacionis, affidacionis,[2]) et assecuracionis.[3]) diffidare aliquem per literas est parti aduerse capitales inimicicias obicere. affidare autem et assecurare[4]) pene idem sunt. assecurare[4]) hominem est certum eum reddere quod non paciatur malum aliquod pro culpa conmissa.

9) De irregularitatibus.

Item in literis sepe occurrit verbum irregularitatis. vnde debetis etiam scire quid sit irregularitas.

Irregularitas est indignitas alicuius persone propter quam repellitur ab ordinibus sacris vel[5]) ab officiis diuinis vel ab actibus legittimis.

Actus autem legittimi sunt, quod homo possit accusare testificari militare et similia.

Contrahitur autem irregularitas quandoque a statu corporis, sicut quando corpus (diminutum vel) nimis est horridum, vt cecus mutus et surdus et carens naso vel manu, vel quando aliquod vicium est in corpore huic simile. talis non potest promoueri ad sacros ordines, eo quod corpus habeat diminutum[6]) vel nimis horridum.[7])

Quandoque etiam contrahitur irregularitas ex origine generis, sicut quando aliquis nascitur de clerico sacerdote, vel de moniali velata, vel de seruo. serws vocatur ille qui est proprius alicuius. tales racione fede natiuitatis non possunt promoueri, et repelluntur a legittimis actibus.

Aliquando contrahitur ex genere facti, sicut iudex — licet iuste occidat latronem — fit tamen irregularis. similiter qui contraxit[8]) cum vidua, vel qui bigamus est, vel si aliquis

1) B und C fügen noch bei: *domini pape.*
2) In A und B fehlt *affidacionis.*
3) B und C: *assecucionis.*
4) B und C: *assecutare.*
5) In C fehlt: *ab ordinibus sacris vel.*
6) B und C: *inminutum.*
7) In A lautet diese ganze stelle durch ausfall: *sicut quando corpus habeat diminutum vel nimis horridum.*
8) B: *contrahit.*

Digitized by Google

conparuit in facie ecclesie in sollempni penitencia. in hiis omnibus licet non sit peccatum, fiunt[1]) tamen irregulares, et non possunt promoueri ad sacros ordines.

Infames etiam sunt irregulares, vt fures, sacrilegi, sepulchrorum violatores, adulteri, periuri sollempni[2]) periurio, percussores patrum et matrum, homicide, raptores, incestuosi, malefici, venefici, heretici, symoniaci, in fide quoque suspecti, apostate a fide vel ab aliquo ordine. isti omnes infames sunt, et ipsa infamia excludit eos a legittimis actibus et ab ordinibus sacris.

Set notandum, quod aliud est infamia, et aliud infamacio.

Infamacio[3]) est et vocatur, quando aliquis de aliquo predictorum criminum infamatur vel pocius inculpatur, et est in ore omnium hominum, et tamen super eum nichil probatum est legittima probacione. et hoc modo Christus et Maria virgo et apostoli et multi alii inculpati sunt et infamati. et talis infamacio non solum nichil obest, set etiam[4]) multum prodest iustis, quia auget eis meritum ipsorum.

Infamia[5]) vero est, quando aliquis aliquod predictorum criminum fecit, et hoc in notorium transit.

Notorium autem est triplex, videlicet per sentenciam, per confessionem in iudicio extortam, et per rei euidenciam.

Crimen notorium fit per sentenciam, quando aliquis in iudicio accusatus reus esse conuincitur legittimis documentis, et sentencia contra eum profertur. talis iam per sentenciam notoriam criminosus et infamis habetur.

Secundo per confessionem fit crimen notorium, quando aliquis in iudicio sic vrgetur quod crimen confitetur. talis statim per confessionem notoriam infamis esse dicitur.

Tercio per rei euidenciam fit crimen notorium. sicut si aliquis fuisset leno vel hystrio xx annis, et hoc notorium esset populo, talis esset infamis nec per sentenciam nec per confessionem propriam, set per rei euidenciam,[6]) quia crimen suum constaret multis per facti[7]) euidenciam.

Ita ergo vt predictum est aliquis potest esse infamatus qui tamen non fit[8]) infamis, sicut Christus et multi sancti, vt predictum est.

1) B und C: *sunt.*
2) B: *sollempnes.*
3) Vor diesem abschnitte haben A B und C das rubrum: *quid sit infamacio.*
4) B und C: *et.*
5) Vor den nun folgenden absätzen hat A und C das rubrum: *quid sit infamia.*
6) In A ist von *fit crimen* an alles ausgefallen.
7) B und C: *rei.*
8) B und C: *est.*

Digitized by Google

10) Quid sit prescripcio.

Item quia nomen prescripcionis in literis aliquando inuenitur, notate quid sit „prescripcio".

Prescripcio est ius quoddam quod accipit robur et firmitatem ex longitudine temporis. et solet fieri in rebus inmobilibus, sicut in possessionibus, et decimis, et similibus.

In iure autem vrbano fit prescripcio tempore xxx annorum. sicut si aliquis per xxx annos possedit agrum vel predium quiete et sine omni inpeticione,[1]) ille posthac[2]) vendicaret sibi illam possessionem iure prescripcionis. nec aliquis actor posset eam[3]) inpetere, quia ille prescripsisset ei tempore xxx annorum.

In iure autem ecclesiastico nisi in xl annis non potest fieri prescripcio. vnde qui rem alienam per xl annos sine interrupcione et omni actione[4]) possedit, ille iam iure prescripcionis rem illam tenere perpetuo poterit.

Contra romanam tamen[5]) ecclesiam non fit prescripcio nisi in centum annis, pro eo quod ipsa est dignissima ecclesiarum omnium et mater.

Exiguntur autem quatuor ad veram prescripcionem.

Primum est bona fides, vt videlicet ille qui prescribit credat rem illam vere esse suam, vel in veritate illum credat fuisse verum dominum rei illius qui sibi eam tradidit, et habuisse ius eam sibi dandi, licet forte erret in facto. hec autem bona fides semper presumenda est, nisi probetur mala, sicut etiam ignorancia presumitur quamdiu sciencia non fuerit probata. quod si ille qui tibi rem tradidit habet malam fidem, tibi non nocet, dum modo tu credas eum habere bonam fidem. adhuc etiam bonam habes fidem, quando dubiam habes conscienciam de re in qua prescribis.

Secundum est iustus tytulus. tytulus autem vocatur in prescripcione illa causa ex qua incipis rem possidere, videlicet empcio vel permutacio vel donacio vel[6]) aliquid simile. est autem[7]) empcio vel permutacio vel donacio tytulus quo tu rem illam tenes in qua prescripsisti. aut enim ipsam emisti, aut conmutacione alterius rei eam conparasti, aut dono eam ab alio accepisti. nec inpedit pre-

1) C: *peticione.*
2) B: *post.* C: *post hec.*
3) B und C: *eum.*
4) B: *accusacione.*
5) B und C: *enim.*
6) Von hier an bis *donacio* einschliesslich ist in A ausgefallen.
7) C: *enim.*

Digitized by Google

scripcionem, si tytulus non sit forte omnino iustus,[1]) dummodo ipse tytulus sufficiens fuerit ad hoc quod per eum incepisti rem possidere. verbi gracia posito quod aliquis episcopus donet monasterio nostro decimas vel ius montanum vel aliquam possessionem aliam, et det nobis literas donacionis sue confirmatorias, iam ista donacio est tytulus quo nos incipimus possidere rem illam. si ergo illas decimas per xl annos quiete et sine contradictione possideremus, tunc prescriberemus in illa possessione, quod amodo non posset nobis auferri in perpetuum tytulo donacionis. et licet tytulus talis sufficiens esset ad dandam causam prescripcioni, non esset tamen iustus tytulus, pro eo quod canones dicunt quod nulla donacio episcoporum valet quam faciunt sine consensu capitulorum suorum. vnde quando donacio ista non est facta de consensu capituli, tytulus non est iustus. et licet non sit iustus, sufficiens tamen est ad dandam prescripcioni occasionem. si enim tytulus omnino esset iustus et certus, tunc non esset necessaria prescripcio.

Tercium est quod wlt habere prescripcio, videlicet quod res illa in qua prescribitur fuerit in continua possessione[2]) per xl annos vsque ad finem prescripcionis, et quod per omnes illos annos nunquam venerit in possessionem alterius.

Quartum est quod wlt habere prescripcio, scilicet vt res illa in qua prescribitur sit prescriptibilis, id est talis nature vt in ea possit fieri prescripcio. sunt enim quedam res que non possunt prescribi, etiam si teneantur mille annis, sicut limites prouinciarum dyocesum et parrochiarum, et sicut fundus quem colonus colit, et sicut vie publice, et sicut quedam insignia romane ecclesie, et sicut decime in quibus laycus non potest prescribere.

Notandum[3]) igitur, quod prescripcio interrumpitur et cassatur multis modis, videlicet per synodalem proclamacionem, quando ille contra quem prescripcio laborat in synodo coram episcopo et clero proclamat rem illam esse suam in qua currit[4]) prescripcio.

Secundo interrumpitur per executoriam conuencionem, quando prescribens aliquod pactum et conuencionem intrat

---

1) B und C: *tytulus aliquando non sit iustus vel omnino iustus.*
2) B und C: *prescripcione.*
3) Vor den folgenden absätzen haben A B und C das rubrum: *de interrupcione prescripcionis.*
4) B und C: *erit.*

Digitized by Google

cum illo contra quem prescribit, quia tunc videtur abrenunciasse[1]) virtuti prescripcionis.

Tercio per recognicionem debiti, quando recognoscit se debitorem illius contra quem prescribit.

Item quarto interrumpitur per fenoris solucionem, quando is qui prescribit soluit[2]) illi contra quem prescribit aliquam pensionem de perceptis fructibus.[3])

Item, quando currente prescripcionis tempore priuilegium donacionis inpetratur, quia qui priuilegium inpetrat malam fidem se habere demonstrat.

Item fit interrupcio, quando is contra quem prescribitur libellum querele offert, si videlicet non audeat agere contra prescribentem propter eius potenciam.

Potest tamen prescripcione finita inpetrare priuilegium confirmacionis super re illa in qua prescriptum est. nec per hoc ipsa prescripcio infirmabitur, set[4]) roborabitur.

Et plane quicquid est per[5]) quod prescribens recognoscit se habere malam fidem, per hoc interrumpitur prescripcio.

Similiter ex parte prescripti quicquid illud est per quod prescriptus litem mouet prescribenti, prescripcione necdum[6]) finita, per hoc ipsa prescripcio interrumpitur et cassatur.

Cum ergo prescripcio finita fuerit, et post xl annos prescriptus rem repetere voluerit et contendere, tunc prescribens nichil aliud allegare debet pro defensione sua quam prescripcionis perfecte sufficiens tempus, id est tempus xl annorum, vel continuacionem possessionis xl annis.

Non est cautum allegare tytulum, quod diceret: *ego possideo tytulo empcionis vel donacionis vel conmutacionis*:[7]) quoniam qui tytulum allegat ipsum cogitur probare, quod difficile est.

II) De annis domini.

Notandum etiam, quod anni incarnacionis debent scribi in omni litera cuius datam ignorare non licet, sicut sunt litere diuersorum contractuum, sicut quando fiunt ea que sunt aliquomodo de genere contractuum, vt possessionis alienacio, et vt[8]) fit in precariis, in feodis, in comodato,

1) B: *renunciasse.*
2) Von hier an bis *prescribit* einschliesslich ist in C ausgefallen.
3) B: *frugibus.*
4) A: *et.*
5) B und C: *est illud per.*
6) B und C: *nondum.*
7) B: *continuacionis.*
8) In B und C fehlt *vt.*

Digitized by Google

in empcione vendicione, in debitorum solucione, in donacionibus,[1]) in testamentis, in ecclesiarum dedicacionibus, in locacione, in conductione,[2]) in rerum permutacione, in pignoracione, in fideiussionibus, in literis questuosis, in procuratoriis, in literis emissoriis quas ferunt religiosi qui emittuntur a prelatis suis ad alia loca, in quibus etiam scribi debet quam diu ipse litere valeant, in literis etiam arbitriorum[3]) confirmacionum libertatum graciarum, in literis etiam aliarum actionum quibus conuenit sciri quando fuerint acte.

Set inpossibile est sub certo numero conprehendere omnes literas in quibus anni domini sunt scribendi. vnde oportet quod ex qualitate rerum que scribuntur hoc perpendas. verbi gracia si monachus vel conuersus mittendus esset ad aliquod iudicium ecclesiasticum vel ciuile, vt ibi ageret causas monasterii sui, si illi daretur litera procuratoria obmissis annis domini, tunc pars aduersa posset calumpniari literam, dicens: *frater, ista litera forte scripta est ante xx annos vel amplius, vnde non potes esse verus procurator monasterii tui,* quia litera procuratoria non continet tempus quo data est.

12) De differencia inter datum et actum.

Notandum quod est differencia inter datum et actum.

Datum quidem inportat solummodo tempus in quo datur litera.

Actum autem inportat tempus in quo ea facta sunt super quibus litera datur.

Solet ergo actum precipue scribi in literis contractuum,[4]) vbi videlicet contrahens et is cum quo contrahitur mutuas habent actiones.

Datum vero scribitur precipue in literis graciarum et donacionum, vt sunt litere indulgenciales et questuose, et in literis procuratoriis et emissionis, vbi nulla actio est inserta.

In quibusdam tamen literis vtrumque scribi debet sic: *actum et datum anno domini* etc.[5]) cum videlicet in litera aliqua actio agitata exprimitur, et tempus nichilominus conscripte litere ignorari non licet.

---

1) B und C: *ordinacionibus.*
2) A: *condictione.* B und C: *condiciene.*
3) B und C: *arbitrorum.*
4) B: *tractatuum.*
5) B und C: *m°. etc.*

Digitized by Google

13) Forma credenciarum.

Litera credencie datur, quando is qui mittit nuncium non wlt vel non audet secreta sua literis conmittere, timens quod litere possunt casu amitti vel legi. vnde conmittit nuncio in os et in pectus suum quid loqui debeat, et super eo dat ei[1]) literam credencie.

Et harum formam poteris formare breuiter in hec verba.

Frater[2]) *O dictus abbas talis loci*[3]) *dilecte in Christo tali persone salutem cum omnimoda karitate.*

Discrecioni vestre fratrem H conuersum nostrum cum literis credencie destinamus,[4]) *petentes et rogantes quatenus in hiis que vobis ex parte nostra retulerit curetis tanquam nobis ipsis in omnibus fidem credulam adhibere.*

Cetera lator etc.

14) De iure aduocaciarum.

Sciendum quod „aduocatus" multis modis dicitur et intelligitur.

Quandoque ille aduocatus vocatur qui in foro iudicii ecclesiastici verbum loquitur pro actore et reo. actor vocatur ille qui querelas mouet super aliquo. reus vocatur ille contra quem querela mouetur, non quod semper sit reus, set quod actor habeat eum pro reo.

Quandoque etiam aduocatus iuxta[5]) consuetudinem aliquarum regionum vocatur ipse iudex, sicut est in Morauia consuetudo.

Aliquando etiam aduocatus vocatur ille qui aliqua ex causa tenetur defendere ecclesias et possessiones earum, vel viduas, vel quoscunque homines habentes defensiones necessarias, sicut principes seculares et eorum vicarii. et tales aduocati aliqua iura vindicant sibi in possessionibus et personis quas tenentur defendere, sicut censum aliquem et pernoctaciones et stevras. et de illis dicitur quod ad eos pertineant iure aduocacie. a talibus tamen ordo noster exemptus est, quoniam nullus aduocatus potest sibi in rebus nostris tale ius vendicare.

Ius aduocacie etiam vocatur aliquando illa proprietas quam habemus in monte aliquo. qui mons cum noster sit proprius, hii qui vineas in eo excolunt coguntur nobis

---

1) B und C: *sibi.*
2) In B fehlt *frater.*
3) B und C: *O talis loci prepositus.*
4) B und C: *ad vos destinamus.*
5) B und C: *secundum.*

Digitized by Google

deseruire[1]) non solum vinum set et denarios.[2]) et illi denarii vocantur aduocacie, id est votpfennig.[3])

15) Quid sit census.

Notandum etiam quid inportet hoc nomen „census". vbi notandum quod est census duplex, videlicet stabilis et instabilis, vel mobilis et[4]) inmobilis.

Inmobilis census est qui semel inpositus inmobiliter perseuerat, nec augendus videlicet nec minuendus, sicut est census qui soluitur de precariis et[5]) de iure montis. isti enim non solent mutari de anno in annum, nisi ex magna aliqua necessitate.

Census autem mobilis est duplex. est enim quandoque exactiuus, sicut est census quem princeps aliquis suis indicit ciuitatibus, nunc multum, nunc mediocrem, nunc parwm, prout tunc sibi placuerit. census conuenticius est qui datur de[6]) aliqua re per conuencionem, sicut de aliqua domo in aliqua[7]) ciuitate. qui non secundum vnam formam solui solet,[8]) set conuencio aliquando fit de maiori pecunia, quandoque de minori. et ideo talis census qui per annuam conuencionem renouari consueuit dicitur conuenticius.

B. Incipit tractatus de priuilegiis.

1.

Sequitur de formis priuilegiorum.

Igitur priuilegium est libertas secundum ius vel preter ius conmune a principe concessa alicui ecclesie vel collegio vel conmunitati vel alicui priuate persone.

Priuilegium secundum ius est, cum datur alicui episcopo per priuilegium generalis causarum cognicio[9]) in sua prouincia vel dyocesi, quarum quedam de iure conmuni sedi apostolice cederent audiende.

Priuilegium preter ius est, vt cum alicui prelato ex priuilegio talia insignia conferuntur que ius conmune generaliter non admittit.

Contra ius vero priuilegium dari non consueuit, nisi forte ab hiis qui sunt supra iura, vt est papa et imperator.

---

1) B und C: *seruire.*
2) B und C: *denarium.*
3) B: *vogtphenning.* C: *vogtphennig.*
4) C: *vel.*
5) B und C: *vel.*
6) B und C: *ex.*
7) B und C: *in vna.*
8) B und C: *debet.*
9) B und C: *condicio.*

Digitized by Google

Notandum etiam, quod stricte accipiendo mandatum nemo debet dare priuilegium nisi principes, sicut papa, imperator, archiepiscopi, episcopi, regales abbates, reges, duces, marchiones. litere vero quas dant abbates simplices, prepositi, comites, et ministeriales, non sunt proprie priuilegia, set vocantur actiones. tamen vsus in terra nostra obtinuit, vt omnes tales litere vocentur priuilegia.[1])

Notandum etiam, quod priuilegia stricti iuris sunt, hoc est quod nichil ex eorum intellectu haberi potest nisi quod in litera ipsius textus continetur. nec in eis argumentacio a maiori ad minus locum habet, vel e conuerso. verbi gracia si habes ex priuilegio, quod baculo pontificali vti possis, ex hoc non sequitur quod etiam vti possis[2]) infula vel pallio. et sic de similibus.

Priuilegiorum alia sunt personalia, alia localia, quedam perpetua, quedam temporalia,[3]) quedam generalia, et quedam specialia.

Personale priuilegium est quod alicui persone conceditur quamdiu vixerit. et in hoc exprimendum est nomen eius cui datur priuilegium.

Locale est quod alicui loco conceditur ab aliquo principe vel ecclesie vel conmunitati ciuitatis alicuius. et in hoc exprimitur nomen ecclesie illius vel loci cui datur priuilegium.

Priuilegium perpetuum est quod indefinite ex principis beneplacito accipit robur perpetue firmitatis. et in tali priuilegio non ponitur proprium nomen nisi loci cui datur et eius rei que datur, vt: *nos F imperator damus ecclesie patauiensi talem comitatum* — vel *tale castrum* — *perpetuo possidendum.*

Temporale priuilegium est cuius valor et firmitas certo conprehenditur temporis interuallo, vel certo principis beneplacito reseruatur. verbi gracia vt si imperator dicat: *notum esse volumus, et presentibus declaramus, quod dilecto principi nostro B*[4]) *patauiensi episcopo et ecclesie ipsius concedimus dignitatem talem ad decem dumtaxat annos libere possidendam,* vel *quamdiu*[5]) *id de nostra fuerit voluntate,* vel *quam diu ipsam concessionem non duxerimus reuocandam.*

---

1) Vgl. über diesen absatz oben s. 771 note 4.
2) B: *vti non possis.*
3) In den handschriften fehlt *quedam temporalia.*
4) In B und C fehlt *B.*
5) In B fehlt *diu.*

Digitized by Google

Generale priuilegium est quod[1]) sine proprio nomine personam illius cui datur tangit sic: *notum facimus, quod nos talem locum* — vel *talem libertatem* — *concedimus dilecto principi nostro patauiensi*[2]) *episcopo et ecclesie eius.* et tale priuilegium semper perpetuum esse solet.

Speciale priuilegium est in quo ponuntur propria nomina tam dantis quam recipientis.

In salutacione itaque notandum, quod in perpetuis priuilegiis semper in principio ponendum est: *in nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Fridericus dei gracia* etc. *omnibus in perpetuum.* quod etiam in localibus et generalibus perpetuis fieri solet. in personalibus autem, temporalibus[3]) et spiritualibus, non consueuit hoc fieri, eo quod in eisdem nullius perpetuitatis mencio sit habenda.

Notandum etiam, quod hoc principium *in nomine sancte et indiuidue trinitatis* in priuilegiis non solet scribi longis literis nisi in priuilegiis pape et imperatoris.[4]) in aliorum[5]) priuilegiis quando scribitur, paruis literis scribetur.

Notandum etiam, quod perpetua priuilegia maxime clero et ecclesiis conferuntur,[6]) quoniam iura ecclesiastica decet esse perpetua. et ideo ibi additur: *in perpetuum.*

Inter priuilegia domini pape et imperatoris nota differenciam.

Papa in suis priuilegiis raro immo nunquam premittit: *in nomine sancte* etc. set ita semper incipit: *Gregorius episcopus seruus seruorum dei vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.* et in fine loco testium ponetur subscripcio cardinalium, deinde anni incarnacionis, sicut infra patebit.

In priuilegiis autem imperatorum vel regum romanorum perpetuis primo semper premittitur: *in nomine sancte* etc. in quorum fine principes ac alie excellentes persone ponentur[7]) loco testium. post quos dicet cancellarius: *et*[8]) *ego talis magister* — vel *talis episcopus* — *imperialis aule*, vel *regalis, cancellarius recognoui.*

In aliorum principum cuiuscunque condicionis perpetuis priuilegiis primo pulchre premittitur: *in nomine sancte et indiuidue* etc. sicut predictum est. et omnes alie differencie seruantur in hiis que imperatorum et regum romanorum seruari solent, excepto solo quod in eisdem nec

1) B: *quando.*
2) C: *nostro N patauiensi.*
3) B und C: *et temporalibus.*
4) B und C: *priuilegiis imperatoris et domini pape.*
5) B und C: *aliis.*
6) C: *confirmantur.*
7) B und C: *ponuntur.*
8) Von hier an bis *cancellarius* einschliesslich ist in A ausgefallen.

Digitized by Google

recognicio nec subscripcio locum habet, set ordo testium ponetur simpliciter, et post annos incarnacionis in fine omnium dici potest: *datum per manus Iohannis notarii.*

Notandum etiam, quod in omni priuilegio perpetuo ponendus est annus incarnacionis, kalende ydus vel none, indictio, concurrens et epacta. quod in temporalibus et personalibus non requiritur, vt patebit.

Forma igitur priuilegiorum perpetuorum talis est. primo salutacio premittetur[1]) secundum differencias prenotatas. deinde sequitur arenga,[2]) que loco exordiorum in priuilegiis ponitur. ita, si est arduum negocium. deinde eius[3]) cui datur beneficium causa curialiter[4]) debet poni. deinde idem beneficium plane et lucide wlt exponi, vt nichil subaudiendum vel[5]) subintelligendum relinquatur. deinde protestacio eius qui dat priuilegium. in fine, si tale est negocium, ponatur pena transgressorum, et postea testes. postea anni incarnacionis et kalende, precipue in temporalibus et personalibus priuilegiis, quia in aliis plus oportet poni, vt predictum est.

Est autem arenga,[6]) vt predictum est in anterioribus, apta et consors verborum posicio, auctoritate aliqua si dictatori placuerit inserta. que ita premitti debet et optinere locum suum, vt a sequente materia non discrepet aut[7]) discordet, immo per omnia sibi parem faciat sensum eius.

Arenga[6]) ergo curialiter premissa, ponetur causa beneficii vel priuilegii quod donatur. verbi gracia si aliqua ecclesia apostolice sedi plus esse consueuit deuota, et dominus papa propter hoc eidem conferre wlt aliquam prerogatiuam, expedit vt in ipso priuilegio deuocionis eius faciat mencionem. similiter si imperator aut rex Romanorum vel alter princeps ob seruicium sibi factum aliquod dat priuilegium, in ipso priuilegio eiusdem seruicii memor erit.

Postea beneficii sev gracie concessio debet poni, annexa eiusdem donacionis vel collacionis protestacione.

In qua sane protestacione sigilli mencio fiet. et hoc in perpetuis priuilegiis. in papalibus[8]) priuilegiis qualibuscunque bulle mencio nunquam fiet, quia standum est subscripcioni[9]) cardinalium, et sufficit quod bulla fidem faciat

1) B und C: *premittitur.*
2) B und C: *aregna.*
3) B: *deinde nomen eius.*
4) B: *curialitatis.*
5) B und C: *nichil.*
6) B und C: *aregna.*
7) B und C: *nec.*
8) B und C fügen noch *ergo* bei.
9) B und C: *prescripcioni.*

Digitized by Google

oculatam. si priuilegium imperatoris sigillandum est bulla aurea, sic dicetur: *qua propter presens priuilegium bulla aurea, typario nostre maiestatis inpressa, iussimus conmuniri.* si non est bulla aurea, dicetur simpliciter: *presens priuilegium sigillo nostro*[1]) *fecimus conmuniri.*

Nunc videndum est de penis transgressorum. que licet non in omnibus priuilegiis tamen in multis locum habent. in priuilegiis igitur papalibus, quia spiritualia sunt, spiritualis pena debet poni. et inde per omnia mos inualuit hic in eisdem: *si quis igitur ausu temerario contra hanc concessionis nostre paginam venire presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius atque nostram se nouerit incursurum.*[2]) in priuilegiis autem imperatorum ac regum romanorum, quia dantur super temporalibus et terrenis, transgressoribus consequenter[3]) pena temporalis et materialis debet poni. hoc modo: *qui contra prescripte gracie ac concessionis nostre paginam*[4]) *venire presumpserit, centum libras auri se compositurum sciat, medietatem videlicet camere nostre et reliquam passis iniuriam persoluendam.* in priuilegiis vero ecclesiasticorum principum ista pena prealuit scilicet: *ne quis autem interueniat, sub anathematis interminacione districtius inhibemus.* principum vero laycorum priuilegia circa penas ponendas arbitraria sunt et ad placitum, secundum quod requirit status negocii et qualitas personarum.

De testium vero posicione istam differenciam notabis, ponendo scilicet si necesse est primo clericos secundum differencias et ordines dignitatum, deinde laycos, in quibus dignitatum differencias non obmittas, vt per omnia ordinem obserues inter clericos et laycos, dominos et vasallos.

2. Papalis priuilegii perpetui exemplum.

Es ist bereits oben in der sächsischen summa prosarum dictaminis seite 266 bis 269 bei dem entsprechenden privilegium domini papae de donatione berücksichtigt worden.

Nach seinem wortlaute und nach der in der handschrift A vorfindlichen subscriptionsformel folgt gleichfalls in der handschrift A noch die nachstehende bemerkung:

Hunc modum possunt habere omnes principes ecclesiastici in perpetuis priuilegiis, excepto quod salutacionem ponent scilicet: *in nomine sancte* etc. *omnibus in perpetuum,* obseruatis propriis tytulis dignitatum.

---

1) Cod.: *nostre maiestatis typario.*
2) B und C: *incurrisse.*
3) B und C: *subsequenter.*
4) Die codices haben *graciam.*

Digitized by Google

3. Forma priuilegii imperatorum ac romanorum regum perpetui.

In nomine sancte ac[1]) indiuidue trinitatis amen.

Rudolfus[2]) diuina fauente gracia Romanorum imperator — *vel* rex — et semper augustus omnibus in perpetuum.

Romanum imperium — ad tuicionem fidei et diuersarum gencium moderamina per eum qui celestia simul et terrestria moderatur, filium[3]) summi regis qui condidit regna et firmat imperia, summe dispensacionis munere constitutum — ordinacione diuina robur et regimen sue dignitatis accepit, vt subiectos sibi populos in opulencia pacis et fauore iusticie foueat, fidem prouehat, perfidiam persequatur, humiles protegat, superbos humiliet, fastuosas oppressiones releuet subditorum, et desuper sortem iustorum virgam auferat iniquorum.

Ea propter nouerit presens etas et futura posteritas, quod nos, attendentes quam fideliter et deuote ciues wiennenses dilecti deuoti nostri nostrum et imperii dominium sunt amplexi, considerantes insuper[4]) qualiter iidem ciues fide sincerissima se nobis et imperio alligarunt,[5]) predictam ciuitatem et ciues eiusdem in nostram et imperii perpetuo recipimus dicionem, vt[6]) amodo in nostris et[7]) regum et imperatorum nostrorum successorum manibus teneantur, et quod nunquam per concessionem alicuius beneficii de nostra et imperii amodo transeant potestate, quin pocius speciali nostro et imperii munimine munificencie nostre priuilegiis libertatum et bonarum approbacione consuetudinum quasi pro fidei eorum pignore velud murorum propugnaculis muniantur.

Statuimus igitur, et presentis priuilegii auctoritate[8]) sanctimus, quatenus nullus iudex a nobis vel ab aliquo successorum nostrorum ibidem pro tempore constitutus nostra vel alicuius successoris nostri suaue presumat auctoritate, tallias sev precarias in predictos ciues facere, nec eos inpetere siue[9]) cogere ad aliquid nobis siue nostris successoribus exhibendum nisi quod et quantum dare voluerint spontanea voluntate.

---

1) B und C: *et.*
2) B und C haben blos *R.*
3) B: *solium.*
4) B und C: *etiam.*
5) B und C: *alligarunt.*
6) A: *et.*
7) In allen drei handschriften fehlt *et.*
8) In C fehlt *auctoritate*, wofür B *pagina* hat.
9) Von hier an bis *nostris* einschliesslich ist in C ausgefallen.

Digitized by Google

De innata quoque clemencia sedis nostre, que pacem et iusticiam comitatur[1]) in principe, decreuimus[2]) et mandamus, vt quando aliquis ciuium wiennensium naufragii casum incurrerit res suas quas ab impetu torrentis manus hominis asportauit libere possit repetere et habere a quolibet detentore, cum indignum censeamus et penitus inmisericorditer, reliquias naufragii detineri per hominem quibus rapacis fluminis seuiens vnda dinoscitur pepercisse.

Statuimus igitur, et presentis auctoritate priuilegii prohibemus, quatenus nullus dux marchio comes aduocatus vel aliqua persona ecclesiastica vel mundana humilis vel sublimis contra prescripte concessionis nostre graciam et tenorem venire presumat.

Quod qui presumpserit, centum libras auri in temeritatis vindictam se conpositurum sciat, medietatem scilicet fisco nostro et reliquam passis iniuriam persoluendam.

Ad quorum omnium euidenciam et robur perpetuo valiturum presens scriptum iussimus fieri, et bulla aurea typario nostre maiestatis inpressa fecimus insigniri.

Testes sunt H archiepiscopus coloniensis, Ch moguntinensis, H dux Saxonie, et ceteri, et alii quam plures.

Et ego magister talis, regalis — *vel* imperialis — aule cancellarius, recognoui.

Actum anno domini, mense, indictione tali, regni nostri — *vel* imperii — anno tali.[3])

4. Forma simplicium principum in eisdem priuilegiis perpetuis.

In nomine sancte etc.

Levpoldus[4]) dei gracia dux Austrie et Styrie vniuersis Christi fidelibus in perpetuum.

Quoniam quidem non est potestas nisi a deo, expedit in potestatibus precipueque in sublimitate principali constistutis deum semper habere propicium, in cuius manu sumus nos et potestas nostra.

---

1) B und C: *comitantur.*
2) C: *decernimus.*
3) Anstatt dieses ganzen schlusses haben B und C blos: *vindictam conpositurum se sciat, vt supra. datum.*
4) B und C haben blos: *L.*

Digitized by Google

Nimirum et si multis magnisque detenti[1]) negociis digne ipsi vt oportet seruire ac placere non possumus, possumus tamen et debemus famulantibus ei et placere studentibus cooperari in bonum,[2]) eosque tuendo fouendo ac manutenendo deitatis propiciacionem perpetuam promereri.

Qua propter inter alios dei famulos sub nostra dicione constitutos fratres quoque talis loci cysterciensis ordinis domino deo iugiter seruientes numeramus ac conscribimus, eorumque et in presens quieti et securitati in posterum presentis priuilegii munimine prouidemus, vniuersas eorum possessiones et predia que in presenciarum[3]) obtinent et in posterum iustis modis poterunt adipisci volentes non solum esse ab aduersariorum vexacione quieta set ab omni aduocatorum exactione iure perpetuo libera et exempta.[4]) constat enim, et in placito nostro tali loco[5]) habito ex sentencia perquisitum et inuentum est, omnes cystercienses professores tale ius ex antiquo habere, vt nec ipsi nec ipsorum predia vlli aduocato quitquam soluere debeant, set neque aduocatum ipsis habere liceat nisi deffensorem principem ipsum qui caput est terre in qua quique eorum degunt, et hunc sola dei retribucione debere exposcere et tenere. propter quod predictis fratribus ius ipsum sic conseruari ac constare decreuimus,[6]) vt neque aduocati neque deffensoris nomen[7]) super eos aut eorum possessiones habere quisquam debeat[8]) nisi nos et in principatu nobis succedentes, aut cui ad tuendum eos iniunxerimus[9]) vices nostras. qui cum[10]) siue[11]) nomen aduocati habere siue[12]) ius aduocati exigere siue[13]) aliis modis eos grauare voluerit, reicere eum et a nobis alium petere iuste possunt.

Vt igitur cuncta hec rata inconwlsaque perhenni stabilitate consistant, presentem paginam sigilli nostri inpressione fecimus conmuniri.

Testes sunt Vlricus comes de Clam, H de Chunring, et alii quam plures.

Actum anno domini *per omnia vt supra.*

Datum per manus Vlrici notarii.[14])

---

1) B: *decentis.* C: *detentis.*
2) C: *bonis.*
3) B: *presenti.*
4) B und C: *quieta.*
5) B und C: *die vel loco.*
6) B und C: *decernimus.*
7) B und C: *defensores nichil.*
8) B: *quitquam debeant.* C: *quitquam debeat.*
9) A: *iniunximus.*
10) B und C: *tamen.*
11) A B C: *si.*
12) A und C: *si.* B: *nisi.*
13) C: *sine.*
14) B und C: *datum etc.*

Digitized by Google

5. Forma priuilegii personalis.

Rudolfus dei gracia Romanorum rex et semper augustus dilecto deuoto tali comiti — *vel* baroni — graciam suam et omne bonum.

Et si ad fideles quosque munificenciam nostram porrigimus graciosam etc. *de verbo ad verbum inuenies*[1] *circa finem libri ante literas generales ad talem rubricam: incipiunt forme priuilegiorum de inmunitatibus et exempcionibus.*[2])

6. Forma priuilegii temporalis.

Rudolfus dei gracia etc. *sicut prius* dilectis deuotis suis vniuersis regni Sycilie incolis graciam suam et omne bonum.

Et si causarum varietas que processibus nostris inprouise circumfluunt etc. *de verbo ad verbum inuenies ad rubricam predictam secundo loco.*[3])

---

1) B und C: *et inuenies.*

2) Nämlich unten in V 3 num. 178:

Et si ad fideles quoslibet munificenciam nostram porrigimus graciosam, ad illos precipue prerogatiuam benignitatis extendimus et liberalitatem nostri fauoris porrigimus debitorie, qui circa latus nostrum diurnos labores suscipiunt et perpetes in nostris obsequiis excubias protrahunt et expendunt, vt sicut sunt exsequiorum exhibicione precipui sic se gaudentes gracie priuilegio specialis personales labores placidius subeant et succedencia pondera suauius paciantur.

Ea propter presenti priuilegio notum facimus vniuersis, quod nos, attendentes fidei et deuocionis sincere constanciam quam N erga excellenciam nostram geris, considerantes etiam quod satis grata et accepta seruicia que diuo augusto genitori nostro et post eius obitum culmini nostro fideliter exhibueris hactenus et ad presens exhibes et in antea diucius poteris exhibere, te ipsum et heredes tuos ex nunc ad dies vestros ab omnibus collectis publicis exactionibus daciis sev mutuis generalibus et specialibus racione bonorum que nunc tenes et possides vel que iusto tytulo acquirere poteris in futurum de speciali gracia et certa conscientia perpetuo duximus eximendos.

Datum anno domini etc. kalendis julii, regni nostri anno quinto.

3) Nämlich unten in V 3 num. 192:

Et si causarum varietas que processibus nostris inprouise circumfluunt, et nacionum pluralitas que sub nostri dominii felicitate respirat in statu fouendo pacifico causam nobis continue meditacionis adducant, quadam tamen prerogatiua familiaritatis inducimur, et assidua meditacione pensamus, qualiter peculiaris regni nostri Sycilie populus, cuius specialior cura nos sollicitat, cuius nobis est hereditas omni possessione preciosior, sic tranquillitatis decore prepolleat vt sub Cesaris Augusti temporibus augeatur.

Videntes igitur hoc non posse fieri conmodius quam si eius locuples gremium ad vbertatis late

Digitized by Google

7.

Istis duobus modis vti possunt tam principes ecclesiastici quam etiam seculares in priuilegiis personalibus et temporalibus, vnusquisque secundum status sui dignitatem [1]) et condicionem. [2])

De priuilegiis autem localibus sciendum, ea esse condicionis cum perpetuis, quoniam et perpetua sunt, vt supra dictum est.

Generalia priuilegia etiam perpetua esse solent.

Item spiritualia ex sui natura similia sunt temporalibus.

De horum formis in loco [3]) patebit.

---

participium recipiat exteros, et alienigenis filiis quos fidelium tamen loca pepererint fecundetur, benigna quadam prouisione decernimus, vt quicunque predicti nostri regni filius effici cupiens domiciliis illic et familiis omnino translatis ipsius habere voluerit incolatum ad locum pascue veniat, et ipsius grata fertilitate vescatur, et preter nostre plenitudinem gracie, quam sibi fauorabiliter pollicemur, in collectis et exactionibus publicis inmunitate decennii se gaudeat inconmutabiliter potiturum.

Presentis igitur priuilegii auctoritate sancimus, ne quisquam huic nostre concessioni ausu temerario presumat aliquatenus contraire.

Datum anno et mense N, regni nostri anno primo.

1) Hier bricht A ab.

2) B und C: *secundum statum suum et dignitatem condicionum* (C: *condicionem*).

3) C: *in suo loco.*

Digitized by Google

Pars principalis quarta.

Quoniam in ante expositis sufficienter est ostensum in genere, quid sit epistola, que et quot partes eius, tanquam per modum diffinitiuum et diuisiuum, exnunc in[1]) sequentibus de ipsa epistola in specie videamus, vt simul realis eius essencia tam in partibus appareat quam in toto. ad cuius euidenciam et cognicionem multas elegantis stili presenti operi[2]) inserui epistolas, quas de magnorum dictatorum formulariis[3]) excerptas, dum hinc inde vicio scriptorum esset erratum multipliciter in eisdem, et incongruo nimis ordine registrate, de paruitate mei ingenioli vtcunque potui correxi, ipsas ordine congruo connectendo.

Primo quidem ecclesiasticas, vtpote papales quascunque huiusmodi formas[4]) reperi, sub inmediata quadam continuacione ordinarie collocaui.

Deinde litteras imperatorum et regum romanorum eo modo, nullis aliis mediantibus, continuaui.

Postea formas exempcionum et libertatum que solent dari subditis ab eisdem imperatoribus et regibus siue aliis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus.

Vltimo posui diuersarum[5]) materiarum litteras generales.

Firmamenti pulchritudine et decore, diuersitate siderum et speciositate fulgida superorum, calliginosa terrestrium procellitur opacitas.

86. Romanorum rex episcopo, regraciando sibi de fide quam ad eum habet et consilio, simul[1]) notificando sibi quod publice curiam solempnem celebrauit omnibus solempnibus pactis que regiam condecent maiestatem.

Super tam pura et integra vestre amicicie incontaminata feruencia, quam ad nos promptissima mentis alacritate.

87. Romanorum rex super institucione noui fori concedit priuilegium.

Benigna gracie nostre prouisio, quam sub quodam humane dilectionis applausu.

88. Imperator duci Austrie regraciatur de fideli et sano consilio, mandans quod adducat neptem suam — futuram vxorem suam — sibi, et certos principes quorum nomina sibi transmittet.

Grate valde culmini nostro tue littere peruenerunt, in quibus ex magna sinceritate tue fidei.

89. Imperator amico suo speciali, significando sibi potenciam et prosperitatem successuum suorum.

Felicium prosperitas continuata successuum, victoriosi processus nostri tripudium.

1) Die handschrift hat *consilij*, über welches *j* ein *o* corrigirt ist, *sio* oder *sui* mit einem übergeschriebenen *e* am schlusse.

Digitized by Google

90. Romanorum rex cardinalibus, deplangendo mortem pape, ipsosque rogando quod sceleriter de futuro prouideant pastore.

Ex horto militantis ecclesie hortulano presigni translato ad celicas mansiones, felicis videlicet recordacionis domino Gregorio.

91. Romanorum rex episcopo dirigit primarias preces suas pro aliquo ad beneficium promouendo.

Dum in nostre sublimitatis exordio quelibet ecclesia in romano imperio constituta super prouisione.

92. Romanorum rex conuentui mandat, quod primarias preces suas exaudiant et admittant.

Licet alias pro tali vobis direxerimus primarias preces nostras, vt ipsi secundum antiquam et approbatam imperii consuetudinem.

93. Romanorum rex abbati et conuentui confirmat priuilegia sua, ac ipsos recipit in suam specialem protectionem. [1])

Tociens regie celsitudinis sceptrum extollitur, et ipsius status a domino — a quo datur omnis potestas — facilius gubernatur.

94. Romanorum rex regi Francie, significando ei causas propter quas peticionem suam ad presens non possit admittere.

Regalibus vestris litteris nuper culmini nostro directis affectione benigna receptis, et vt decuit eis lectis et plenius intellectis, super earum serie celsitudini vestre taliter duximus respondendum.

95. Romanorum regi ciues, supplicando sibi quod manutenere et conseruare velit eis iura et bonas consuetudines sue ciuitatis.

Letetur et gratuletur totis visceribus letabunda et laudans inuicta Germania, quam post calamitates varias et erumpnas rex celestis.

96. Romanorum regi prouincia, submittendo se et sua sibi.

Benedictio et claritas, sapiencia et graciarum actio, honor virtus et fortitudo, viuenti in secula seculorum, qui vergente mundi vespere in diebus nostris romani monarchiam imperii. [2])

97. Rex Romanorum principi, resumendo et restituendo eum plene ad graciam, ac remittendo sibi iniurias in eum et imperium conmissas.

A primordiis nostri solii sub eius nomine per quem reges regnant et principes obtinent principatum regiminis nostri disposicionem.

98. Romanorum rex tali conuentui supplicat ad rogandum deum pro ipso vt prodesse valeat populo christiano.

In precelse dignitatis honore, quo nos pretulit exaltator humilium, quasi honus inportabile nostris est humeris alligatum.

---

1) In der sammlung selbst ist dieses rubrum ausradirt.

2) Vgl. hiezu den anfang des musters 217 s. 832.

Digitized by Google

99. Imperator suis fidelibus remittit actiones seruiciorum tempore vacantis imperii neglectorum, et quicquid de bonis imperii medio tempore occasione belli eos prementis receperunt.

Dignum iudicat nostra serenitas et (decreuit) decernit, quod — sicut personarum est distinctio et locorum, sic et — meritorum quorumlibet.

100. Romanorum rex fidelibus suis graciam et fauorem suum scribit et mandat.

Ad romani regni gubernacula vocati illius vocacione qui superborum fastigiosam superbiam elidens deuotam humilitatem.

101. Imperator apostolico, significando sibi propositum quod habet ad recuperacionem terre sancte, et quod de quadam lite in eum conpromisit, regraciandoque sibi quod nuncios suos ita benigne recepit, ac supplicando quod nuncio quem ad eum dirigit plenam. adhibeat fidem.

Pater patrum amantissime, a cunctis filiis hominum super omnia que sub vestre mortalitatis viuunt habitu reuerende, in vestre.

102. Imperator conminatur hereticis quod ad eorum exterminium exereeat sui gladii potestatem.

Pestilentes heretice caliditatis argucie deo abhominabiles.

103. Imperator domino pape, regraciando quod sic affectuose de sua non exactus sollicitus est promocione.

Prouenit nobis ad inmense iocunditatis tripudium, quod — vbi nulla meritorum nostrorum causa precesserat.

104. Imperator procuratori suo, regraciando sibi de seruiciis in curia sibi inpensis, ac promittens graciam et promocionem.

Ascendit vt fumus aromatum exquisite fraglancie in conspectu regie maiestatis illius predicabilis.

105. Imperator super beneficiis inpensis regraciatur, vt supra in proxima epistola.

Florida ordinis vestri et conmemorabilis rectitudo, que nostris vbilibet supportandis oneribus colla subdit, non sinit.

106. Imperator ciuitati alicui, conmendando eam de fidelitate circa imperium et strenuitate, ac conmendando eis nuncium suum quem ad eos direxit.

Auite magnanimitatis ad vos velud in filios filiorum propagacione laudabili deriuata, strenuitas et probate fidei puritas.

107. Imperator principi regraciatur de bona voluntate quam habet ad eum, offerens se sibi ad sue beneplacita voluntatis.

Audiuit nuper nostra serenitas, vnde nouum nobis accumulatum est gaudium.

108. Imperator domino pape, conmendando eum de correctione clericorum, offerens se ad domandos eos qui contra papam se opponent.

Digitized by Google

Crescentibus semper augmento feruide caritatis igniculis, quos paterna precordia erga filium singularem quasi de camino.

109. Imperator indulget alicui, quod quem possit priuilegiare super officio tabellionatus.

Ne contractuum memoria disperiret, inuentum est tabellionatus officium, quo contractus legittimi ad cautelam presencium et memoriam futurorum manu publica notarentur. hinc est quod nos.

110. Imperator super conmissione eiusdem officii dat priuilegium.

Quia fidei tue et deuocionis merita, de quibus plurimum conmendaris, eo te graciosiorem exhibent.

111. Imperator omnibus principibus, quod intendit intrare Ytaliam ad sumendum imperii dyadema, iniungens eis quod reficiant pontes et vias pro suo transitu, et ipsum associent ad Vrbem cum decenti milicie comitiua.

Quia ecce de medio nebule stella matutina progreditur, obumbrantis ignara caliginis, que micantibus splendoribus.

112. Imperatoris littera per quam aliquis assumitur in familiarem.

Fecunda nobis indicata tua deuocio serenitati nostre dignum fauore te prebuit, et graciam tibi nostre celsitudinis.

113. Imperator scribit Bisanis, quod ambassatorem eorum libenter audiuit, ac peticionem exaudiuit.

Discretum et industrium[1]) virum . . ambassatorem (ambaxatorem) vestrum, ad maiestatis nostre.

114. Imperator domino pape reconmendat nuncium quem ad eum dirigit cum litteris credencie.

Plurima, beatissime pater, interpretis scripture misteria, quibus paternis aspectibus filialis est representata deuocio, de nostri pectoris calamo hactenus.

115. Imperator ciuibus, requirens ab ipsis subsidium ad vnam generalem curiam celebrandam.

Fluctiuagi iam dudum status imperii grauem lapsum, et miserabiles populi christiani pressuras et gemitus.

116. Littera per quam imperator conmittit alicui aduocaciam alicuius ecclesie.

Etsi generaliter omnium imperii fidelium ex suscepte dignitatis regimine curam et sollicitudinem gerere debeamus.

117. Forma super inuestitura feodorum.

Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super inmobile firmamentum.

118. Rex Romanorum prouincie significat, quomodo Germaniam in pace posuit, et quomodo intendit ire in Ytaliam

---

1) In B lautet das rubrum: *imperator alicui principi.* das muster selbst beginnt sodann: *Pysanis industrium* u. s. w.

Digitized by Google

eciam ad pacandum eam, premissis sibi nunciis solempnibus qui viam sibi parent.

Ab illo bono patrefamilias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens familiam suam.

119. Rex Romanorum principi, adhortando eum ad pacem et concordiam cum fratre suo recipiendam.

Desiderantes ex intimis nostris, te vna cum fratre tuo in fraterne karitatis vt decet dulcedine recreari.

120. Rex Romanorum domino pape, significando quod curia solempni celebrata ad terminos regni sui pape plus vicinos se[1]) transferre non desistet.

In piis paterne vigilancie precordiis erga nos frequenter accensa non potuit delitescere benignitas, quin erumpat.

121. Romanorum rex domino pape, regraciando sibi de multis graciis et beneficiis sibi inpensis, ac significando quod ad eum solempnes nuncios diriget super negociis suis.

Inmense serenitatis amenitas, apostolice tube flatu iam vndique cunctis fidei orthodoxe circumfundenda cultoribus, nunc de nouo.

122. Rex Romanorum principi, citando eum ad curiam quam intendit celebrare.

Assumpto iam pridem — diuini disposicione consilii — regii dyademate principatus, cum ad hoc potissime nostra suspiret intencio.

123. Rex Romanorum iudicibus mandat, vt aliquem apostatam in suum ordinem seuientem capiant, et reseruent pena debita puniendum.

Quia facinorosorum inpunitas viam frequenter aperit reprobis deteriora prioribus committendi, nos, quibus a deo gladius.

124. Rex Romanorum regine regraciatur super sincero affectu quem erga eum gerit, et super eo quod cupit filiam suam filio suo matrimonialiter copulari.

Congratulacionis amice placiditas litteris vestris, quas nuper valde gratanter accepimus, super fortunatis.

125. Romanorum rex iudicibus suis, mandans quod tali de suis offensoribus faciant iusticie conplementum.

Quia miserande miserie miserabilium personarum viscera misericordie obserare nequimus.

126. Romanorum rex episcopo, consolando eum super morte aduocati sui, ac promittendo quod de consilio suo sibi de alio prouidebit.

Ex quo placuit regi regum, altissimo palmo omnia conplectenti, cuius iudicia voce prophetica reputantur abyssus multa.

127. Rex Romanorum subdito suo, conmendando sibi quoddam claustrum ac ipsius fratres.

Acceptus altissimo, nobis quoque placidus, humilis ordo N celebri vice fraglancia nostri spiritus sic recreauit intrinseca.

1) In der handschrift fehlt *se*.

Digitized by Google

128. Rex Romanorum militi suo, conminando sibi quod grauem sentenciam contra eum ferat, si cum aduersario suo non conponat.

Querelam, quam N de te coram nostra presencia nobis pro tribunali sedentibus deposuit, est vsque adeo persecutus.

129. Imperator supplicat tali, quod eum in assecucione prebende sue promoueat pro quo primarias preces porrexit.

Quod dilectum . . familiarem et clericum nostrum singularis beniuolencie placidum astringamus amplexibus.

130. Rex Romanorum domino pape, regraciando sibi quod ita graciose nuncios suos recepit et audiuit.

Resplenduit nobis velud in iubare sideris liminosi diuinitus coruscantis in hoc precipue apostolice graciosa beniuolencia pietatis.

131. Rex Romanorum domino pape, supplicando quod tali de certo episcopatu dignetur prouidere.

Si super iustis peticionibus vestre beatitudini preces nostras supplices offerimus, gratum vos ex eo speramus.

132. Romanorum rex iudici, quod promptus sit in iusticia facienda.

Querelam grauem fidelium nostrorum N et N nuper accepimus, continentem quod super hereditate eorum paterna.

133. Romanorum rex vniuersitati, reconmendando sibi clericum familiarem suum.

Digne illos prerogatiua fauoris amplectimur, qui per merita virtuosis operibus se nobis placidos exhibuerunt et hominibus graciosos.

134. Rex Romanorum iudicibus, conmendando eos de fide et legalitate sua.

Adiecit nostre felicitatis auspiciis incrementa congaudii lacioris, quod — sicut celebris fame clangente preconio didicimus — integra fides vestra, natiuis erecta potenciis.

135. Rex Romanorum episcopo, absenciam suam temporalem ignoscendo.

Quanto celsius ex assumpti potestate regiminis premines, quanto predicabilius ex infusa tibi diuinitus.

136. Rex rogat religiosos, quod deum orent pro eo et pro consorte sua.

Ad speculam dignitatis regie ordinacione diuina prouecti, dum inportabilia onera nostris humeris incumbencia diligenter attendimus.

137. Romanorum rex cardinalibus regraciatur super promocione negociorum suorum, conferendo se eis ad eorum beneplacita exequenda.

Quante sollicitudinis opera, quante (eciam) prestancia puritatis in nostri expedicione negocii curas vestras exercueritis.

138. Imperator notificat pape quod gaudet de electione de eo facta, offerens se sibi in omnibus et sua ad sua beneplacita

Digitized by Google

exequenda. et conpromittit in eum super lite que inter eum et regem Bohemie est de bonis imperii.

Illa, beatissime pater, de amirabili vestra creacione precordiis nostris tenaciter est infixa fiducia.

139. Romanorum rex vniuersitati notificat, quod tales eis dedit rectores, mandando quod eis in omnibus pareant et intendant.

Inter cetera, quorum nos cura peruigil sollicitat, quorum nos vtique curiosa sollicitudo fatigat, crebra reddimur anxietate.

140. Romanorum rex domino pape supplicat pro electi promocione, personam ipsius multipliciter conmendando.

Inter cetera, quorum nos peruigil cura sollicitat, quorum desiderabilis expectacio mentem nostram exagitat, illud tranquillo.

141. Lex per quam imperator [1]) prohibet ciuitates Alamanie que sunt supposite iurisdictionibus principum facere magistros ciuium vel consules vel alios quoscunque officiales sine archiepiscoporum vel episcoporum voluntate. prohibet eciam omnes societates et confraternitates arcium, cassans et irritans quitquid contra premissa fuerit attemptatum. statuit eciam quod in singulis ciuitatibus res non vendantur nisi pro moneta ibi vsuali et currente.

Dum romane monarchiam dignitatis ipso auctore per quem reges regnant et principes obtinent principatum, qui super gentes et regna.

142. Rex regraciatur tali super hiis que sibi scripsit, significans sibi quod ad eum mittat nuncios suos qui eum plene de conmunibus negociis eorum informabunt, nuncians eciam sibi quod colloquium habuit cum domino papa et quod in proximo de ipsius manibus suscipiat imperii dyadema.

Litteras vestras, quas nostro misistis culmini, consuete benignitatis alacritate suscepimus, et in eis vestre sinceritatis dulcorem.

143. Imperator significat pape, quod litteras suas reuerenter recepit, et quod paratus est pacem et concordiam tractare ad voluntatem suam cum rege Castelle.

Beatitudinis vestre, pater sanctissime, litteras super pacis et concordie vnione cum rege Castelle.

144. Imperator patriarcham hortatur, quod viriliter et fideliter pro defensione sua et imperii hostibus se opponat.

Quantis qualibusque tribulacionum malleis ex defectu imperiali solio presidentis Christi populus in subculcacione ecclesiastice libertatis.

145. Romanorum rex episcopo, confortando eum ne desperet, promittendoque sibi tantum numerum armatorum qui ad defensionem suam sufficere possint, et si castra sua obsidione vallentur quod ea defendat et a fortitudine hostium liberabit.

[1]) Vgl. hiezu das sächsische formelwerk XI. num. 2. s. 269 u. 270.

Digitized by Google

Horrende persecucionis inmanitas, quam tu et alii nostri principes et fideles pro pure fidei obseruancia et honore imperii.

146. Romanorum rex apostolico regraciatur de continuis consolacionibus sibi inpensis, consulendo sibi quod predicacionem crucis strictius et forcius conmendet, narrando eciam sibi negocium eorum quibus hoc negocium est conmissum.

Grande multiplicant gaudium in filii denoti precordiis crebra pietatis paterne leuamina.

147. Imperator significat principi suo, quod papa ipsum benigne audiuit et recepit et quod tali die intendit recipere imperii dyadema, mandans sibi quod ibi habeat suos solempnes nuncios et ambassatores.

Vt vestre deuocionis auditum de fortunatis nostre felicitatis euentibus noua graciora letificent, et fortunacioris auspicii.

148. Imperator significat principi suo, conmendando eum de legalitate erga imperium et fide, hortando eum quod in promouendis honoribus imperii feruenter inuigilet et laboret.

Quantum nobis in eo conplacuit, quod sic accensus es innate fidei puritate, qua erga sacrum romanum imperium semper viguit virtus tua, nequimus affectum nostrum perfecte exprimere.

149. Rex significat principi, quod ideo ipsum in litteris suis directis non salutauit, quod in fratrem suum carnalem malum tam intollerabile visus[1]) est machinari.

Quod regalium litterarum emissio, quarum alloquio iam pridem fuimus te aggressi, graciose salutacionis.

150. Romanorum rex iudicibus, quod talem infantem in suam specialem recepit defensionem.

Ad hoc nostris humeris regie dignitatis est a deo inpositus principatus, armique nostri sacre delibucionis oleo sunt peruncti.

151. Imperator fratribus ordinis jerosolimitani priuilegia sua confirmat.

Etsi de regali procedat beniuolencie largitate, vniuersos regularis obseruancie professores solite protectionis et gracie patrocinio conmunire, honorabiles tamen fratres.

152. Romanorum rex nobilibus mandat, quod thelonia de nouo inposita amplius non exigantur, conminando penas si contrarium fiat.

Exsurgit (exsurgat) aduersum vos terra clamoribus. et ad aures regie celsitudinis pauperum gemitus introiuit.

153. Romanorum rex cognato suo promittit, quod ipsum pro fide et seruicio suo magnificabit, et exaltabit propter constanciam suam.

---

1) Cod. *carnalem tam intollerabile virus.*

Digitized by Google

Duplex tibi suggerere non ambigimus incentiuum, quod nobis et romano imperio adeo — ministeriosus vt apis — argumentose deseruis.

154. Rex Romanorum conmendat prelatum super legacione placida sibi facta, promittens quod ad promocionem ecclesie sue ac suam erit vltroneus et deuotus.

Placida nobis tue applausiue congratulacionis affamina super nostre sublimacionis prosperis auspiciis, cum cuiusdam voluntarie gratitudinis et deuocionis exhibicione gratuita nostro culmini nuper.

155. Rex Romanorum principi, congaudendo sibi de concordia inter eum et quendam alium facta, requirendo eum quod inuasores terminorum imperii inpugnet et inuadat, promittendo quod ipse per suam potenciam ab alio latere eciam inpugnabit.

Grandem cordi nostro materiam exultacionis induxit, quod quiescente iam intumescencie spiritu.

156. Rex Romanorum . . cardinalibus, conmendando eos de multis beneficiis sibi inpensis, promittendo quod amplius fauoribus eos ac suos prosequetur. excusat eciam se, quod in nullo vnquam eos vel offendit vel offendere cogitauit, rogans quod si quem rancorem contra eum conceperint quod illum ab animo dimittant.

Blande faciei vestre serena placiditas, agendorum regalium hactenus non ignara.

157. Rex Romanorum significat cuidam, quod litteras suas benigne recepit, promittendo sibi quod comoda promouebit apud papam.

Litteras vestras, quas regio culmini direxistis, affectione benigna suscepimus, (et) vestre deuocionis fidem, quam ad sacrum romanum geritis imperium, expressiuas.

158. Imperator conmendat prouinciam, cuius regimen cuidam conmittit, cui mandat obediri.

Speciali quadam inter tot et tantos negociorum ingruencium fluctus, quibus assidue pectori nostro materia cogitacionis infunditur.

159. Romanorum rex . . ciuibus, conmendando eos, ac notificando eis quod talem prefecit in rectorem, cui mandat obediri.

Dum consciencie nostre volumina revoluimus, dum subiectas imperio ciuitates nostro culmini pure deuocionis e(n)xenia presentantes.

160. Imperator conmendat quendam fidelem imperii de fidei constancia, regraciando ei quod ob reuerenciam sui nominis in aduentu nunciorum suorum signa victricia quibus hostes vallauerat retraxit, notificando ei quod tali talem prouinciam regendam conmisit, ac rogando quod sibi consiliis et auxiliis assistat.

Aperte (experte) preclaruit fidei tue strennuitas, qua romanum imperium incessanter amplecteris, et ad decus et decorem ipsius.

Digitized by Google

161. Romanorum rex . . ciuibus, exhortando eos quod ministeriales discordantes cum quibus ius iurandum inierunt ad concordiam reducant, subinferendo quanta bona ex communi pace eis proueniant.

Exorte discordie odiosa turbacio, que in finibus vestris seminaria suscipit simultatum, per industrium virum N.

162. Romanorum rex capitulo, conpaciendo ei super discordia quam habet, promittendo quod pro concordia se interponet.

Tribulacionum et calamitatum crudeles angustias, quibus bellicus inpetus fines vestros inuadere formidatur.

163. Imperator deplangit.. papam mortuum, et conmendat nouiter electum.

Letentur celi, et terra in voce festiue iocunditatis exultet. assint katholice fidei festa celebria. assint sacrosancte matri ecclesie noua.

164. Romanorum rex . . procuratori suo, conmendans papam electum, ipsum sollicitando quod in negociis imperii circa papam vigilanter laboret.

Exaltator humilium deus, vota nostra ab excelso prospiciens, desideratum immo vix desiderabilem ecclesie sue.

165. Romanorum rex domino . . pape, congaudendo de electione de eo facta, ipsius electi personam multipliciter conmendando, ac se sibi et totum statum suum submittendo.

Laudabilis et gloriosus in eterna secula dei filius, benedictus et benedicens omnibus in ipso confidentibus, eternorum ac transitoriorum.

166. Rex Romanorum conmendat episcopum electum multipliciter, ipsum et suos speciali fauore et gracia cupiens prosequi cum effectu.

Infinite misericordie deus, tribulatam iam diucius ciuitatem et dyocesim N conpassionis et misericordie contuens oculis.

167. Episcopus Romanorum regi, congaudendo de eo quod dies est sibi prefixus ad dyadema imperii suscipiendum, adsignans quod sue solempnitati personaliter velit interesse, vel — si legittimis inpedimentis hoc facere non possit — quod ibi mittet suos nuncios solempnes.[1])

Regalibus litteris — quarum tenor noua nobis plena felici dulcedine nunciauit proximo — consolati, clare nobis innotuit, lateque collegimus ex eisdem, quod diem solempnem.

---

1) In der handschrift C erscheint dieses muster unter numer 212 nochmal unter dem nachstehenden rubrum:

Princeps scribit regi Romanorum, quod coronacioni sue libenter wlt adesse, dummodo ab infestacione emulorum imperii possit saltim isto tempore respirare. si autem illi emuli respirare non sinerent, quod mittat ibi solempnes nuncios.

Digitized by Google

168. Rex significat episcopo, quod gaudet de electione de eo facta, mandando[1]) quod certa die cum eo conueniat cum decenti comitiua armatorum.[2])

Licet in latitudine libertatis naturaliter condicio humana gaudeat, quoniam tamen plerumque — examine racionis obmisso — in precipicium peruerse labitur voluntatis, datum est.

169. Rex Alamanie porrigit primarias preces prelato pro aliquo promouendo.

Si diligenter inspexeris decus et decorem romani imperii, quod in omnium principum oculis velud in speculo meruit collocari, vtpote a quo.

170. Papa regraciatur regi Romanorum de pietate qua prosequitur certos principes filios ecclesie.

Quod illibate fidei vestre vigorem et decus potencie naturales illuminant, quod inuariabilis animi vestri rutilancior puritatis scintilla resplenduit, lucide operum argumentis apparuit.

171. Imperator significat Regi Francie, quod gaudet de affinitate cum domo sua contracta.

Inter cetera (quelibet) augustalium tytulorum insignia nobis attributa diuinitus, inter multa votiue felicitatis auspicia.

172. Imperator rogat religiosos, quod pro eo ad deum exorent.

Assumpti diuinitus ad romani imperii dirigenda molimina, dum in eminentis specule celsitudine, cui nos manus domini.

173. Rex Romanorum regraciatur principi, quod eum intendit associare ad recipiendum imperii dyadema.

Quantum nobis in tue deuocionis exhibicione conplacuit, quantum nunc de tua — que non nutat aut deuiat — fidei puritate presumimus.

174. Imperator nobili, hortando eum ad pacem, ac supplicando quatenus consiliis eorum quos ad pacem procurandam ad eum dirigit monitis ac precibus acquiescet.

De tua quiete statuque pacifico crebra meditacione reuera solliciti, tanto amplius circa stabile bonum concordie inter te et nostros cines.

175. Rex Romanorum episcopo leodiensi, rogando quod cuidam clerico suo concedat absenciam.

Insigne speculum regni Germanie, nobilis illa leodiensis ecclesia, que in oculis nostris.

176. Rex Romanorum scribit principi, quod iniuriam et contemptum quem sibi fecit non petendo ab eo inuestituram feodorum suorum — licet pluries requisitus — wlt eciam significare conprincipibus suis, recipiendo de eo coram eis iusticie conplementum.

---

1) In der handschrift ist vor *mandando* von der gleichen hand eingeschaltet: *episcopi*.

2) Dieses in der handschrift C die numer 213 bildende muster erscheint daselbst auch als numer 178, aber unter dem nicht passenden rubrum: forma priuilegii super institucione noui fori.

Digitized by Google

In zelo feruide caritatis, qua vniuersos et singulos sacri imperii principes velud membra nobilia suo capiti adherentes.

177. Imperator regi, quod delectat eum, ei et domui sue perpetua familiaritate conuniri.

Funiculi triplicis adunata coniunctio iuxta sapiencie eloquium facile non consueuit rupture dispendio conteri.

3) Incipiunt littere priuilegiorum exempcionum siue libertatum.

178. Forma priuilegii [1]) qua quis pro se et heredibus suis eximitur ab omnibus prestacionibus daciis mutuis et collectis.

Etsi ad fideles quoslibet munificenciam nostram porrigimus graciosam, ad illos precipue prerogatiuam.

179. Forma priuilegii quo imperator restituit Syciliam ad graciam suam, remittendo ei omnes penas quas ex crimine lese maiestatis inciderat, ac ipsam restituendo ad famam, remittendo eciam ei dacia et collectas ad quadriennium.

Nobile opus sedentes (sedentis) in solio — clemencia suadente — prosequimur, si per lubrica culpe deliramenta cadentibus.

180. Forma priuilegii quo imperator recipit monasterium in suam specialem protectionem.

Equitatis vigor exigit, et ordo suggerit racionis, vt eum in membris suis specialiter honoremus.

181. Forma priuilegii super permutacione bonorum feodalium.

Diuini cultus nominis qui vestro viget ordine, caritatis opera que non solum indigentibus verum etiam omnibus conmuniter hospitalitate.

182. Forma priuilegii quo imperator recipit in suam graciam specialem et protectionem salzburgensem ratisponensem et patauiensem ecclesias, et quod precipit eorum ministerialibus quod sine predictorum episcoporum licencia ad aliorum seruicia se non conuertant.

Quanto nos deus exaltauit sublimius, tanto benignius inspirauit in nobis spiritum voluntatis illius.

183. Forma priuilegii quo imperator recipit in suam protectionem monasterium, innouando et confirmando ei priuilegia prius concessa.

In excellenti specula regie maiestatis ordinacione diuina feliciter constituti, ad prospiciendum vtilitati fidelium perspicacitatem oculorum.

184. Forma priuilegii quo imperator priuilegiat aliquem quod possit facere tabelliones.

Claret imperii celsitudo decoris et splendidis irradiata fulgoribus, dum ministris stipatur ydoneis, et ipsius officia.

---

1) Vgl. oben III B. 5 mit note 2 s. 788.

Digitized by Google

185. Forma priuilegii quo ciuitas priuilegiatur quod ciues sui non possint extra ciuitatem suam citari vel conueniri.

Ad hoc ad supreme dignitatis apicem a supremo et primo regnorum omnium conditore cognoscimus nos vocatos.

186. Forma priuilegii quo archiepiscopus confirmat collacionem factam monasterio.

Etsi numinis diuini disposicio inter cultores agri sui nos disposuerit licet inmeritos numerari ad edificandum in illo pariter et plantandum, iusticie tamen nos debitum coartat.

187. Forma priuilegii quo imperator confirmat ecclesie antiqua priuilegia, ac eciam aliquid de nouo concedit.

Conditor vniuerse creature deus dum ineffabiles pietatis sue thesauros suis dispensat fidelibus, manumque plenam expandit ad premia graciarum.

188. Forma priuilegii quo imperator priuilegiat episcopum quod possit nouam monetam cudere vel facere.

Etsi ad omnes romani imperii fideles nostre munificencie dexteram debeamus extendere debitricem, principes tamen nostros veluti bases egregias.

189. Forma priuilegii quo nobilis priuilegiatur quod possit cudere nouam monetam.

Auguste magnificencie potentatus, agendi honoris imperii sitibundus, illorum augmentis et comodis se libenter habilitat et inclinat, qui generositate spectabiles erga sacrum imperium.

190. Priuilegium confirmacionis aliorum priuilegiorum.

Imperialis thronus extollitur, et augustalis honoris tytulus decoratur, cum ad loca religiosa consideracio benigna porrigitur.

191. Imperator resumit et reuocat ab exilio relegatum, ac ipsum ad famam restituit.

Satis nobis cedit ad gloriam et honorem, nostrisque fidelibus ad profectum, si motus nostros quos armat potencia.

192. Forma priuilegii quo prouincia priuilegiatur quod exteri qui larem [1]) ibi constituunt incolatus a collectis et exactionibus sint inmunes. [2])

Etsi causarum varietas que processibus nostris inprouise circumfluunt, et nacionum pluralitas que sub nostri dominii felicitate respirat.

193. Forma priuilegii quo doctor restituitur ad graciam imperii.

Noster instanter quem in subditorum emolumenta dirigimus sollicitatur animus vel affectus, qualiter regni nostri Sycilie preclara possessio, sicut rerum vbertate.

4) Incipiunt littere generales sev conmunes.

194. Archiepiscopus congaudet imperatori de sua electione, offerens se sibi ad sua beneplacita exequenda, ac se excu-

1) Cod. *exteri hylarem.* 2) Vgl. III B. 6 oben s. 788.

Digitized by Google

sans quod personaliter non affuit sue electioni, petens quod nuncio suo fidem credulam adhibeat et quod conductum sibi ac familie sue per terminos dominii sui prestet.

Recolende festiuitatis iocunda celebritas, qua nuper in capite principis coronati regium dyadema refulsit.

195. Archiepiscopus Romanorum regi scribit, quod sperat eum habere felices successus ex eo quod defensionibus ecclesiarum intendit, et electionem suam a deo non ab homine factam.

Satis vobis cedit ad gloriam, et vestre tunc tytulus laudis attollitur, si manus vestre potencia.

196. Princeps.. principi consanguineo suo, supplicando sibi quod fratri suo matrimonium cum cuiusdam regis filia procuret.

Incentiui amoris affectio, qua naturaliter seminarie dulcedinis propagine sumus diuino coniuncti munere, nos ab inuicem discedere non permittit. nam etsi reliqua rerum turbine.

197. Rex Romanorum . . regi significat, quod ad eum dirigit nuncios suos super quodam matrimonio inter eos contrahendo. quos petit audiri et exaudiri.

Diuine maiestatis prouidencia, cuius nutu reguntur omnia et subsistunt, presencialiter vtique continens vniuersa.

198. Episcopus . . subdito suo, conmendando eum de legalitate fide et deuocione quam habet ad ecclesiam, hortando et monendo eum quod in futurum ecclesiam defendat sicut huc vsque facere consueuit.

Ex sincere dilectionis constancia et fidelitate processisse dinoscimus illam mentis vestre ingenue legalitatem.

199. Prelatus imperatori supplicat, quod collaciones quorundam beneficiorum pertinentes ad mensam suam quas fecit de facto dignetur reuocare.

Licet de sublimacione sev creacione vestra toto mentis affectu ob spem defensionis sperate, qua vacante imperio.

200. Cardinalis notificat regi, quod electio sua per papam est approbata, et quod statutus est sibi publice terminus ad recipiendum imperii dyadema.

Regni vestri fastigia, que a primordio diuine maiestatis aspexit clemencia, modo sue claritatis lampade illustrauit.

201. Episcopus . . Romanorum regi, significando sibi iniurias et offensas quas patitur pro deuocione quam habet ad imperium et ecclesiam romanam a rebellibus imperii, petens sibi super hiis consuli et prouideri.

Qui aduersus sanctam romanam ecclesiam sacrumque romanum imperium se iam dudum vibratis sue rebellionis cornibus contumaciter erexerunt.

Digitized by Google

202. Forma priuilegii quo principes Germanie approbant omnia que rex Romanorum recognouit confirmauit sev innouauit ecclesie romane.

Conplectens (sibi) ab olim romana (mater) ecclesia quasi germana caritate Germaniam, illam eo terrene dignitatis nomine decorauit.

203. Episcopus domino . . pape significat, quod post reditum suum a concilio omnes redditus et prouentus ecclesie sue per regem fuerunt annotati, castra et ciuitates ecclesie hostiliter occupantur ac aliorum, et quod ab illa persecucione nullus excipitur nisi qui se iuramentis et caucionibus astringit quod nec ad mandatum ecclesie vel romani regis quicquam faciat quod eidem regi possit displicere, petens sibi super hiis consuli et prouideri.

Multa necessitate conpellimur, vt afflictionum nostrarum multitudinem ad apostolatus vestri sanctam clemenciam deferamus.

204. Princeps scribit . . pape, quanta vtilitas ecclesie euenerit ex ipsius pape electione.

Superni consilii sapiencia, que secretum vtique celi gyrum sola circuit increata, primi parentis in posteros senciens.

205. Princeps scribit Romanorum regi, quantum congaudet potencie sue ac felicitati, ac super sponsalibus inter eum et quendam regem contractis.

Cum (dum) romani regni felix prosperitas, et regentis imperium romani regis magnifici[1]) prospera nobis felicitas nunciatur.

206. Minor regraciatur maiori super eo quod sibi dignatus est statum suum scribere, offerens se et sua sibi, ac excusando se quod sibi rescribere attemptauit.

Tante preeminencie scribere supra me fore cognoscens, tremens factus sum ego, et timeo.

207. Forma priuilegii quo principes Alamanie consenciunt et confirmant donacionem quam rex Alamanie facit vxori sue de certis bonis imperii ad tempora vite sue.

Virtutum candor eximius et laudande prestancia bonitatis, quibus inclita domina nostra N regina predicabiliter adornatur.

208. Archiepiscopus coloniensis domino . . pape significat electionem regis Romanorum in concordia factam, commendando ipsius personam multipliciter, ac supplicando quod ipsum ad imperii dyadema dignetur euocare.

Luxit hactenus et elanguit terra. confusus erat libanus, et sordebat. set ecce verna temperies.

209. Episcopus supplicat regi, quod sentenciam contra hostes et infideles ecclesie sue latam confirmet, et quod eos proscribat per suam sentenciam, significans sibi quantum in ecclesiam suam deliquerunt.

1) In C sind die worte *romani regis magnifici* unterpunktirt.

Digitized by Google

Vrgente nos iure publico, cogimur populares iniurias et excessus publicos in regalibus curiis proclamare. maiestati igitur regie.

210. Cardinalis .. Romanorum regi scribit, quod gaudet de electione de eo facta, notificando ei quod ad eum personaliter inpeditus venire non potest, set mittit nuncium suum ad eum qui gaudium suum sibi exprimat ac ipsum regio imperio representet.

Sublimitatis vestre gloriosa promocio ad tocius orbis imperiali lumine orbati diutius claritatem, ad sancte matris ecclesie propugnaculum.

211. Episcopus Romanorum regi notificat, quod sentencias infamie[1]) et alias tulit in quosdam ministeriales suos pro excessibus suis, petens quod has confirmet et eas subiciat banno imperiali.

Error incorrigibilis, malicia desperata, et inflexibilis ad emendam iniquitas C et H quondam ecclesie nostre ministerialium.

212. Episcopus Romanorum regi conqueritur iniurias et dampna que ecclesie sue rex Bohemie intulit pro eo quod a fidelitate romani imperii recedere non wlt, inplorando auxilium et consilium suum.

Indignacio, quam concepit indigne aduersus salzburgensem ecclesiam dominus rex Bohemie, sicut experimento.

213. Subditus maiori, se offerens in omnibus semper paratum, liçet non sufficiat ad reconpensam graciarum sibi factarum.

Si super exhibitis michi a vestra dignitate largiflua beneficencie graciose dulcoribus ad solucionem graciarum.

214. Cardinalis Romanorum regi, regraciando ei quod seruicia sua modica recipit ita grata, offerens se et suos ad maiora loco et tempore oportunis.

Magnitudinis vestre apices nobis nouissime per harum latorem presentatos, dulcedinis multe suauitate refertos.

215. Clericus episcopo suo, offerendo se paratum ad obsequium suum.

Ex quo diuine clemencie altitudo vos tam preciosam et nobilem columpnam ecclesie militantis a contemplacionis ocio.

216. Conuentus . . principi tali, conmendando se sibi, ac supplicando quod eis velit adesse in expediendis consiliis et auxiliis suorum negociorum.

Propinatum nobis nuper ex lugubri obitu pie recordacionis N dire valde amaritudinis calicem lacrimosis.

217. Ciuitas Romanorum regi, conmendando ipsius personam multipliciter, ac se et sua sibi offerendo, excusando se eciam de eo quod nunciis suis non prestiterunt iuramentum fidelitatis.

1) In der handschrift ist *infamie* von späterer hand übergeschrieben.

Digitized by Google

Qui vergente mundi vespere in diebus nostris romani monarchiam imperii, iam veluti in pedibus fictilibus fluctuantem, aureo capite decorauit[1]).

218. Princeps domino pape significat electionem de rege Romanorum factam, supplicans quod eidem benigno benignitatis affectu assistat.

Humane condicionis dignitas, sue primitiue originis non inmemor, qua omnes ab inicio liberi nascebantur, nec presidentis.

219. Rex Romanorum regi, reducendo sibi ad memoriam federa amicicie inter eos contracta, asserens illa libenter se obseruare, id ipsum ab eo requirens.

Cum inter reges orbis et principes affinitatis interdum et amicicie federa contrahuntur, tanto maioris inter eosdem affectionis vnio.

220. Ciues Romanorum regi significant, quod ipse est eorum verus dominus, et quod eos debet defendere a malignorum pressuris.

Non est mirum, si de vestra promocione damus domino incessanter gloriam et honorem, cum ipse de talento suo.

221. Capellanus Romanorum regi, quod eum recipiat in familiarem.

Lustratis per mundi climata pluribus regionibus, et peragratis per circuitum lingwis et tribubus diuersimode nacionis.

222. Subditus domino suo offert se promptum ad seruicia sua.

Hactenus se grati temporis aptitudo non obtulit mee deuocionis obsequia vestro beneplacito presentandi.

223. Amicus amico suo obsequium offert.

Tot et tanta de vestris virtuosis actibus aput nos rumorum inualuere preconia.

224. Ciues Romanorum regi, significando ei quod clerus ciuitatis eorum quoddam priuilegium ostendit per eum innouatum et confirmatum, quod petunt tamquam insolitum et moribus patrie contrarium reuocari et cassum et irritum pronunciari.

Quia ordinacione diuina, a qua omnis potestas conceditur, summa reipublice potencia vestre dinoscitur clemencie attributa.

225. Princeps Romanorum regi, regraciando sibi quod tantum de eo confidit quod iuxta suum consilium intendit processus suos regere et ordinare, notificando quod se preparabit viris et viribus quod semper eum ad sua seruicia inueniat paratum.

Regios apices, qui pure fidei prompteque fidei e(n)xenia exigunt et signa requirunt, suscepimus honorificencia prompciori.

226. Princeps regi Romanorum, congaudendo sibi de victoria quam habuit contra hostes, offerendoque se paratum semper ad sua mandata exequenda.

---

1) Vgl. hiezu den anfang des musters 96 oben s. 817.

Digitized by Google

Necesse (habet) est, inconcussum fore virtutis diuine promissum. et omnis potencia ad nichilum conuertitur que contra nutum.

227. Episcopi domino pape, significando ei seuiciam qua rex Bohemie clerum est persecutus, et defensionem regis romani contra seuiciam predictam, et victoriam quam de eo fecit. item quomodo ciuitatem wiennensem obsedit, et quomodo rex Bohemie ad mandata regis Romanorum venit, ac ab eo inuestiri de feodis suis humiliter peciit, et impetrauit, reconmendando [1]) predictum regem Romanorum pape.

Eleuatis in celum manibus redemptori nostro dei filio Iesu Christo leti laudes exsoluimus, et ipsius eximie pietati.

228. Episcopus . . principi super consolacione defuncti, non arguens ipsius planctum, set prohibens ne modum excedat.

Audiuimus, et (con)turbatus est venter noster. a voce nostra labia tremuerunt. relacione siquidem veridica cognouimus.

229. Subditus domino suo nunciat quantum gaudium habet ex recepcione litterarum domini, petens veniam de conmissis, ac submittendo se spontanee suo iudicio et satisfactioni.

Reuixit spiritus meus, exultacionis insperate gaudio excitatus. sedenti in tenebris et vmbra mortis, lux est michi visa.

230. Religiosus religioso, conmendando vitam contemplatiuam suam, ac sibi supplicando quod deum pro eo oret.

Care frater, non vt oleo adulacionis vngam te, hoc tibi scribere curaui.

231. Frater fratri super mala conuersacione, hortando eum quod ad penitenciam redeat, et vitam dissolutam ac societatem prauam fugiat et relinquat.

Si fraterne dulcedinis recte gustares sapida condimenta.

232. Studens Bononie domino suo, significando ei quod ad consilium suum ad patriam est reuersurus, mancipando se suis beneplacitis et mandatis.

Sicut phebus cum accedentibus tenebris dies licenciauit auroram, curruque flammigero transiens orizontem.

233. Luctus monialium de abbatissa sua.

Lugubris exsurgente meroris aculeo, non sine fletu seriem meste consolacionis aggredimur.

234. Princeps supplicat pape, quod regem Romanorum electum conpellat ad suscipiendum sacri imperii dyadema.

In vinea domini Sabaoth, luna in sanguinem versa priscis temporibus, vigilare pastores et super greges suos vigilias custodire comode nequiuerunt.

235. Princeps conuentui pro suffragiis.

Qui cum Martha turbacionis multiplicis ministerii ac frequentis sollicitudinis instancia fatigantur.

1) Cod. *reconmittendo.*

Digitized by Google

236. Rex Vngarie principi, adhortando ac rogando eum quod vires et fortitudinem suam dirigat in defensionem populi christiani contra paganos.

Amaritudinis et doloris ex intimo (intimis) cogimur inire lamenta, et conuertere gaudium nostrum in tristiciam et merorem.

237. Littera magistri Friderici abbatis gesturiensis,[1]) reprehendendo fratres minores de nimia ambicione.

Eloquens sciencia, qua vigetis, aliquando ponens vos extra terminos karitatis.

Weiter sind im register der handschrift C noch unter der fortlaufenden numerbezeichnung der dortigen fünften abtheilung 62 bis 67 einschliesslich unter der überschrift „incipiunt exordia sentencie et testamentorum et forma indulgenciarum" nachstehende sechs rubriken:

exordium sentencie,
forma indulgenciarum,
ad idem,
exordium,
exordium,
exordium ad testamentum,

verzeichnet, welche sich im texte der handschrift selbst auf der ersten und theilweise zweiten spalte von fol. 61 finden.

Daran schliessen sich sodann im register sowohl als auch im texte der handschrift jene schreiben höchster und hoher weltlicher wie kirchlicher würdenträger an, wovon in den vorbemerkungen s. 723 die rede gewesen.

1) Im rubrum des textes selbst steht *gersturensis*.

Digitized by Google

Pars principalis sexta.

1) Incipiunt quedam prouerbia sev regule iuris.

Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institucione canonica obtineri.

Possessor male fidei vllo tempore non prescribit.

Sine possessione prescripcio non procedit.

Nemo potest ad impossibile obligari.

Priuilegium personale personam sequitur, et extinguitur cum persona.

Semel malus semper presumitur esse malus.

Ratum quis habere non potest quod ipsius nomine non est gestum.

Cum iura parcium sunt obscura, reo fauendum pocius est quam actori.

In iudiciis non est habenda accepcio personarum.

Ignorancia facti non iuris creditur excusare.

Odia restringi et fauores conuenit ampliari.

Concessum a principe beneficium est mansurum.

Indultum a iure beneficium non est alicui aufferendum.

Non est sine culpa qui rei que ad eum non pertinet se inmiscet.

Nullus vti pluribus defensionibus prohibetur.

Quod semel placuit amplius displicere non potest.

Non debet aliquis alterius odio pregrauari.

Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.[1])

Quod quis mandato facit iudicis dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.

Ea que fiunt a iudice, si ad eius non spectant iudicium sev officium, viribus non subsistunt.

Que a iure conmuni exorbitant nequaquam ad consequencia sunt trahenda.

Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.

---

1) E: *preuniendus.*

Digitized by Google

In obscuris minimum est sequendum.
Non licet actori quod reo licitum non existit.
Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.
Generi per speciem derogatur.
Plus semper in se continet quod est minus.
Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere.
Vtile non debet per inutile viciari.
Ex eo non debet quis fructum consequi quod nisus[1]) exstitit inpugnare.
Pluralis locucio duorum numero est contenta.
Inputari non debet ei per quem stat si non faciat quod per eum fuerat faciendum.
Qui tacet consentire videtur.
Is qui tacet non fatetur, set nec vtique negare videtur.
Si quis in jus succedit alterius, eo jure quo ille vti debebit.
Presumitur ignorancia vbi sciencia non probatur.
Locupletari quis non debet cum alterius iniuria vel iactura.
In penis benignior est interpretacio facienda.
Semel deo dicatum non est ad vsus humanos vlterius transferendum.
Non prestat inpedimentum quod de jure non sortitur effectum.
Cui licet quod plus est licet vtique quod est minus.
Qui prior est tempore pocior est in jure.
In re[2]) conmuni pocior est condicio possidentis.
Non est obligatorium contra bonos mores male prestitum iuramentum.
Dolo facit qui petit quod restituere oportet eundem.
Quod ob graciam alicuius conceditur non est in eius dispendium retorquendum.
Nullus ex consilio, dummodo non sit fraudulentum, obligatur.
Que contra ius fiunt debent vtique pro infectis haberi.
In pari delicto vel causa pocior est condicio possidentis.
In male[3]) promissis fidem non expedit obseruari.
Qui ad agendum admittitur est ad excipiendum multo magis admittendus.
Qui facit per alium est perinde[4]) ac si faciat per se ipsum.

1) A: *in suis*. B: *uisus*.
2) A hat hier: *ture*.
3) E: *malis*.
4) E: *proinde*.

Digitized by Google

Quod alicui graciose conceditur trahi non debet ab aliis in exemplum.

Delictum persone non potest nec debet in detrimentum ecclesie redundare.

Racioni congruit vt succedat in onere qui substituitur in honore.

In argumentum trahi nequeunt que propter necessitatem alicui sunt concessa.

Nemo potest plus iuris in alium transferre quam sibi conpetere dinoscatur.

In toto partem non est dubium contineri.

In generali concessione non veniunt que quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

Qui contra iura mercatur[1]) bonam fidem presumitur non habere.

Bona fides non patitur vt semel exactum iterum exigatur.

Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id non debet alia admitti.

Dampnum quod quis sentit ex culpa propria non debet alii inputare.

Infamibus porte non pateant dignitatum.

Certum est quod is conmittit in legem qui legum verba conplectens contra legum[2]) nititur voluntatem.

2) Quid sit iudicium, et quot sint species iudicii.

Hiemit beginnt das kurzgefasste prozesslehrbuch oder der ordo iudiciarius, welchem wir als einem besonderen werke einen eigenen platz in unserer sammlung unter XVIII angewiesen haben.

Dasselbe hat nämlich keineswegs blos in den vorliegenden formularius de modo prosandi seinen weg gefunden, wie unsere drei handschriften desselben und der codex des stiftes Zwetl beweisen, und ist auch nicht allein einer anderen davon ganz unabhängigen formelsammlung aus dieser zeit in dem aus dem kloster Aldersbach stammenden cod. lat. 2649 der hiesigen staatsbibliothek fol. 54—63′ von fol. 63′—68 angehängt, vielleicht auch noch in weitere derartige werke wovon wir im augenblicke keine kunde haben aufgenommen, sondern es erscheint auch in einer ausser-

1) A: *mercatur.* 2) B und E: *legis.*

Digitized by Google

ordentlichen menge von handschriften als eine jahrhunderte hindurch in ansehen gestandene schrift für sich.

Lediglich in bezug auf ihren inhalt im grossen ganzen wollen wir — soweit es zur schnelleren übersicht eben für unser formelbuch dienlich scheint — hier gewissermassen vorgreifend bemerken, dass denselben der regelmässige chronologische verlauf des verfahrens in civilstreitigkeiten vor dem judicium spirituale so zu sagen von der citation bis zur appellation in dreizehn kapiteln bildet.

Vor ihnen stehen an der spitze gleichsam als einleitung noch zwei. das erstere bezeichnet seinen inhalt dahin, antequam dicatur de processu judicii, notandum quid sit judicium, et quot sint species judicii, et quae sint personae quae debent consistere in judicio. das zweite schildert unter der überschrift „sequitur de ordine et processu judicii qui talis est" in kürze den verlauf des ganzen gerichtlichen verfahrens wie er in den nun folgenden dreizehn kapiteln im einzelnen gelehrt wird:

de citatione,
de feriis,
de comparitione rei,
de exceptione,
de libelli oblatione,
de litis contestatione,
de juramento calumniae,
de interrogationibus, responsionibus et confessionibus,
de probationibus,
de testibus et exceptionibus contra personas et dicta testium,
de instrumentis,
de sententia judiciaria,
de appellatione.

Digitized by Google

XIV.

Bernold von Kaisersheim.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorbemerkungen.

Abermals begegnet uns ein dem cisterzienserorden entstammendes formelbuch. an umfang steht es dem eben vorgeführten um vieles nach. auf der andern seite aber bedünkt uns schwerlich mit unrecht, dass wir es hiebei weit entfernt mit einer losen compilation verschiedenartiger schriften vielmehr mit einer in gewissem grade in sich innig zusammmenhängenden arbeit aus einem gusse zu thun haben.

